 20 octo partium orationis consequenter sub his specialiter descendamus. Primo ergo notandum quod quemadmodum se habent decem generalissima in suis coordinationibus ut dictum est, sic se habent octo modi significandi essentialis generales octo partium orationis. Et sicut contingit reperiri in unoquoque praedi-

2 adverbium] determinat id; utrumque enim determinat verbum. Nam sicut dicitur: valde miror, sic etiam dicitur: papae miror et sicut dicitur: vehementer gaudeo, sic dicitur: evax gaudeo, et ratio huius est *add.* E. 2-14 quia—sufficiant] *om.* M₂.

7-8 determinantis—modum] *om.* S₂. 9 laetitia] tristitia S₁EBRM₁M₂ vel admirationem *add.* L. 13 octo partium] *om.* F. 14-24 dicta—orationis] *om.* TS₂S₃L. 14 dicta] *om.* UV₃S₁.

19-84,9 Habito—notandum] *om.* P, *post finem operis* (115,10) *transp.* N. 20 octo] septem F. 23 octo¹] septem F. octo²] septem F. 24 reperiri] reperire V₁WS₁TS₃V₂.

5-6 Donatus Ars gram. De interiectione (ed. H. Keil 366,13-17).

22 Cf. p. 10,4 sq.

camento aliquod immediatum sub illis descendendo quod naturam suam maxime participat, et ut contingit etiam reperiri aliquod mediatum quod naturam suam minus participat, eodem modo sub unoquoque modorum significandi essentialium generalium contingit reperiri modos significandi speciales immediatos et mediatos, quia contingit ibi reperiri modos immediatos qui naturam sui modi significandi generalis maxime participant et modos mediatos qui naturam sui modi significandi generalis minus participant. Unde modi immediati magis essentielles sunt modis mediatibus. Nam quanto suo modo generali immediatiores sunt, tanto magis essentielles, et quanto mediatiores, tanto minus essentielles.

30. De his ergo modis significandi specialibus mediatibus et immediatis sub unoquoque octo modorum significandi essentialium alium generalium videamus, et primo de modo significandi essentiali generali nominis, consequenter de aliis aliarum partium orationis per ordinem.

CAPUT XV

De modo significandi nominis per modum communis.

31. Nomen significat per modum habitus et quietis et determinatae apprehensionis ut visum est. Hic autem modus dividitur in duos modos significandi qui totam eius naturam evacuant, scilicet in modum significandi per modum communis et in modum significandi per modum appropriati. De his ergo videamus et primo de modo significandi per modum communis, postea de reliquo.

32. Iuxta primum notandum quod nulla res extra realiter loquendo applicabilis est pluribus, sed intellectus concipit eam

1 sub—descendendo] *om.* S₁M₂L. 2 suam] sui superioris S₂S₃ sui generalissimi M₂L. 6-8 qui—mediatos] *om.* S₁. 10-11 Nam—essenciales] *om.* S₁T.

14 octo] septem F. 15 de] sub V₁US₁BTFM₂L. 16 de] sub V₁. 17 orationis] secundum Donatum *add.* V₂M₂L.

22-24 qui—significandi] *om.* S₂. 22 eius naturam] suam substantiam V₁UV₃ evacuant] enuntiant V₃. 24 primo] praecipue W.

26 extra] *om.* TF intellectum *add.* V₂ animam *add.* R. 27 sed] noster *add.* R. eam] ea R.

ut applicabilem pluribus sive praeter supposita, sive non significatam significatione hic et nunc, et sic res intellecta habet modum intelligendi per modum communis, et ab hoc modo intelligendi accipitur modus significandi per modum communis.

5 Hic autem modus est qui facit nomen appellativum et hunc modum significandi appellaverunt antiqui »appellativam qualitatem«. Nomen ergo appellativum sive commune significat per modum communis sive per modum applicabilis pluribus sive per modum non significati sive per modum communis intelligi-

10 bilis praeter supposita vel per modum indeterminati quod idem est. Nec videatur oppositum, cum omne nomen significat per modum determinati et nomen appellativum sive commune per modum indeterminati, quia hoc non est respectu eiusdem, sed respectu diversorum, quia nomen appellativum significat per

15 modum indeterminati quoad supposita. Res enim significata per nomen appellativum nullum suorum suppositorum sibi magis determinat quam alterum. Homo enim non magis se habet ad Socratem quam ad Platonem, sed indeterminate et indifferenter ad utrumque. Significat etiam per modum determinati et hoc in

20 quantum determinate apprehenditur. Nam hoc est de suo modo

275 vb significandi essentiali generali. Omne || enim nomen per modum determinatae apprehensionis significat ut homo per suam formam sive qualitatem determinate apprehenditur, quia cum hominem apprehendo, ipsum per suam formam determinate

25 apprehendo et determinate ipsum distinguo ab asino et asinum per suam formam ab homine. Et ita iste modus significandi per modum communis modo significandi essentiali generali nominis non repugnat. Nam significat per modum indeterminati quoad supposita et per modum determinati in quantum de-

30 terminate apprehenditur, et sic nomen appellativum significat

1 applicabilem] applicabilis V₁UV₃ applicabile E est *add.* UB. 3 per—intelligendi] *om.* T. 3-4 et ab—significandi] *om.* V₁UV₃WS₁BS₃V₂M₂. 5 appellativum] adiectivum B. 10 indeterminati] determinati V₁T praeter supposita *add.* V₁UV₃ significat quoad supposita *add.* V₂. 11 oppositum] si dicatur *add.* T. 15 indeterminati] indeterminatis T determinati V₃. 17-18 ad Socratem quam ad Platonem] ad Joannem quam ad Petrum M₂. 20-21 Nam—generalij] *om.* U. 23 determinate] *om.* V₁U. 23-30 quia—apprehenditur] *om.* V₃. 24 ipsum—determinate] *om.* U. determinate] *om.* TNV₂.

6 Donatus Ars gram. De nomine (ed. H. Keil 355,7-9).

per modum determinati et indeterminati respectu diversorum quemadmodum dictum est. Et sic patet, unde iste modus significandi sit acceptus et quod ipse est modus significandi qui facit nomen appellativum.

5

CAPUT XVI

De modo significandi nominis per modum appropriati.

33. Habito de modo significandi per modum communis consequenter dicendum est de modo significandi per modum appropriati qui dividebatur ex opposito contra modum significandi
 10 per modum communis, quia modus habitus et quietis et determinatae apprehensionis dividebatur in hos duos modos, scilicet in modum communis et in modum appropriati. Et cum visum sit de modo communis quis sit et unde accipiatur, nunc de modo appropriati quis sit et unde accipiatur videamus. Iuxta
 15 quod notandum quod res extra particularis apprehenditur, ut ipsa est individuata significatione hic et nunc, sive prout est in materia determinata sive signata sive in supposito signato quod idem est, quia sicut res est, ita habet modum essendi. Huic ergo rei sic se habenti, scilicet per modum individuati
 20 significatione hic et nunc, respondet talis modus essendi qui est per modum determinati sive individuati vel quocumque modo dicatur. Et huic modo essendi respondet talis modus intelligendi qui est per modum appropriati vel determinati et ab his modis essendi et intelligendi acceptus est talis modus signi-
 25 ficandi. Ex hoc patet quod modus significandi per modum appropriati a tali proprietate rei sive modo essendi sit acceptus. Et hic modus significandi est qui facit nomen proprium esse proprium. Patet ergo quod nomen proprium significat per modum appropriati sive per modum determinati sive significatione
 30 hic et nunc sive in materia signata sive in supposito signato quod idem est. Et haec de modis significandi nominis appellativi et proprii dicta sufficiant.

16 individuata] determinata V_3 indeterminata T dividua S_2 individua V_2 .
 17 materia] quae certis divisionibus et certis signis est *add.* A. 18 essendi] significandi S_3F . 21-23 sive—determinati] *om.* V_1 . 23-24 vel—significandi] *om.* M_2L . 25-26 Ex—acceptus] *om.* T. 25-27 Ex—significandi] *om.* US_2 .
 30 signata] quantitate *add.* WM_1S_2 . quod] totum *add.* W.

CAPUT XVII

De modis significandi nominis inferioribus.

34. Sub his autem duobus modis, scilicet modo communis et modo appropriati qui modi significandi speciales dicuntur respectu superioris modi qui est modus significandi per modum habitus et quietis et determinatae apprehensionis, licet possint etiam dici generales respectu modorum posteriorum sive inferiorum, de quibus iam dicitur specialiter, descendamus igitur dividendo utrumque istorum modorum in suos modos posteriores sive inferiores. Sicut enim se habet corpus in praedicatione substantiae, sic imaginemur modum significandi per modum communis et modum significandi per modum appropriati in coordinatione modorum significandi nominis. Sicut enim corpus immediate ponitur sub substantia, sic modi significandi qui sunt modi communis et appropriati ponuntur immediate sub modo significandi essentiali generali nominis. Unde primo de modo significandi per modum communis qualiter in suos modos significandi inferiores dividatur et in quos dividatur videamus, postea de modo significandi per modum appropriati.

35. Modus ergo communis dividitur in modum significandi per modum per se stantis et in modum significandi per modum adiacentis, sive per modum ut esse in altero quod idem est. His autem duobus modis significandi modus significandi per modum communis essentialior est sicut quodlibet superius essentialius est suo inferiori. Huius ratio est: nam modus significandi, quod stante possunt alii modi posteriores variari, essentialior est illis qui variantur. Modus communis est huiusmodi, quia potest stare invariatus variatis modis per se stantis et adiacentis, quia ali-

6 licet] *om.* UWBR₃NV₂. possint] possunt UWBV₂. 13 in—nominis] *om.* V₁WBF. 14 corpus] quantitas S₁. 18-19 inferiores—significandi] *om.* V₁.

22 ut] in V₁UV₃. in altero] alteri V₁UV₃. 24 essentialior est] magis est essentialis WS₂S₃FNV₂. 26 posteriores] inferiores N. essentialior] essentialis S₁E. 28-1 (p. 24,1) se stantis—modum per] *om.* ES₂.

10 Cf. Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam II, De predicabili (ed. M. Grabmann 47,13-17): talis est ordo in predicamento substantie, quod in supremo loco ponitur substantia et sub ipso corpus, sub corpore corpus animatum, sub corpore animato animal, sub animali animal rationale, sub animali rationali homo, sub homine Sortes.

qua dictio se habet per modum per se stantis ut *homo* vel huiusmodi, aliqua se habet per modum adiacentis ut *humanus* vel aliquod tale; utrobique tamen est modus significandi per modum communis. Quare modus communis essentialior est modo
5 per se stantis et modo adiacentis.

36. Item: omne specificatum prius est illo quod ipsum specificat. Modus per se stantis et modus adiacentis specificant modum communis. Ergo et cetera.

CAPUT XVIII

10 *De modo significandi per se stantis et adiacentis.*

37. Viso quomodo modus significandi per modum communis dividitur in modum per se stantis et in modum adiacentis, consequenter de utroque illorum specialiter videamus, et primo de modo per se stantis, postea de modo adiacentis.

15 38. Iuxta primum notandum quod res extra non est ens per alterum nec ens in altero, sed modum essendi per se stantis sive fixi habet. Nam realiter loquendo nulla res habet esse per alterum sive in altero nisi accidens, quod proprie dicitur dispositio rei. Ab hoc autem modo essendi acceptus est modus signi-
20 ficandi per se stantis qui facit nomen substantivum. Significat enim nomen substantivum per modum per se stantis.

39. Iuxta secundum notandum quod nulla res est quae alteri adiacet sive ad alteram dependet, praeter quasdam dispositiones

1 stantis] stantibus ES₂.

6 specificatum] specificans BW specificum M₁. prius] prior E posterius B.
8 et cetera] sunt posteriores eo add. V₂ igitur est eis prior add. M₂L.

13 utroque] utrolibet M₁.

15 est ens] existit (*del.*) N. ens] res existens U. 20 stantis] seu fixi add. B.
20-21 Significat—stantis] *om.* WS₂F.

22 alteri] *om.* ES₂. 23 adiacet] subiacet V₁UV₃T. dependet] quae habeat esse per se add. S₂RM₁ habet esse per se add. V₂ quod habet esse per se add. M₂L. praeter quasdam] praeterquam V₁ sed quaedam sunt WS₂RM₁S₃NV₂M₂L sed sunt sive accipiuntur B.

18-19 Boethius in categorias Aristotelis III, PL 64,243: dispositio vero facile mobilis neque perdurabilis ab Aristotele proponitur. — Petrus Hispanus Summulae logicales tract. XII 12.08 (ed. Bocheński [114]): dispositio subiecti ... ut «albus», «niger».

sive accidentia rerum quae non habent esse per se, sed in altero, quia habent naturalem dependentiam sive inclinationem ad res, cuiusmodi sunt *album* et *nigrum* et similia. Et notandum quod omne id quod res non est vel ex quo res non est vel per quod res non est, est accidens ut *album*, *nigrum* et similia. Habent enim huiusmodi accidentia talem proprietatem sive modum essendi, scilicet modum adiacentis sive modum ut esse in altero. Et a tali proprietate sive a tali modo essendi in re acceptus est modus significandi per modum adiacentis alteri vel <ut> esse in altero, et hic modus significandi est qui facit nomen adiectivum, scilicet modus adiacentis alteri sive modus ut esse in altero.

40. Sed nota quod aliquid esse in altero est duobus modis: vel prout essentialiter habet esse distinctum contra subiectum, et sic est || nomen abstractum ut *albedo*. Et omne tale secundum grammaticum est nomen substantivum et secundum loycum huiusmodi ponuntur in genere. Et nota quod abstrahere nihil aliud est quam aliquid contra alterum distinctim accipere.

41. Alio modo potest aliquid esse in altero, non ut essentialiter contra ipsum distinctum est, sed prout accidentaliter facit unum cum subiecto, et hoc modo est concretum sive adiectivum secundum grammaticum.

42. Incidenter nota quod duplex est concretum: quoddam enim est quod essentialiter concernit sua supposita ut *homo*, *equus* et similia. *Homo* enim hoc modo concretionis concernit omnia sua supposita ut *Socratem*, *Platonem* et cetera. Et generaliter omne superius concernit suum inferius hoc modo con-

2 inclinationem] intentionem R. 3-7 Et notandum—altero] *om.* S₃F. 5-7 Habent—altero] *om.* WS₂. 8-11 Et a tali—in altero] *om.* V₁B. 8-13 Et a tali—in altero] *om.* V₃. 11-13 scilicet—in altero] *om.* TS₃V₂.

13 aliquid] omne T. altero] hoc est *add.* S₁BT. 14 esse] se UV₃. 17 genere] praedicamentorum *add.* U sive linea praedicamentali qualitatis *add.* i. m. W qualitatis *add.* S₃NV₂. 17-18 Et nota—accipere] *om.* BS₂F. 18 distinctim] distinctum V₃S₁RM₁S₃ distincte UV₂M₂L *om.* T. distinctim accipere] distinguere W.

19 non] in genere partium praedicamentali vel S₂. 22-27 secundum—concretionis] *om.* S₂. 26 Socratem] Iohannem M₂. Platonem] Conradum M₂.

cretionis. Quod autem talia concreta sint, patet; nam bene dicitur *Socrates est homo*, *Plato est homo*, sed non bene dicitur *Socrates est humanitas*. Unde talia concreta semper habent poni in genere, quia huiusmodi concreta non respiciunt nisi res sui generis.

43. Aliud est concretum, quod accidentaliter respicit suum subiectum vel quod semper respicit res alterius generis, ut *album*, *nigrum* et generaliter omnia accidentia concreta. Primus modus concretionis nihil differt a nomine substantivo secundum grammaticum. Et secundus modus concretionis est idem cum nomine adiectivo.

44. Unde ista nomina *pater*, *magister*, *dominus* et similia adiectiva sunt sive concreta, quia accidentaliter faciunt unum cum subiecto et habent se per modum adiacentis alteri respectu subiecti determinati sexus. Patet ergo quod nomen substantivum significat per modum per se stantis; nomen vero adiectivum per modum adiacentis sive per modum concretionis quod idem est. Nam concretum et adiectivum idem sunt, et substantivum et abstractum idem sunt. Patet etiam cum hoc quod modi significandi nominis substantivi et adiectivi modo significandi essentiali generali nominis non repugnant, quia nomen substantivum significat per modum per se stantis ut ipsum est per se quiescens, nomen vero adiectivum significat per modum adiacentis ut ipsum est quiescens in altero et ita utrumque significat per modum quietis.

2 Socrates] Iohannes M₂. 3 habent] debent TM₂L. 4 genere] praedicamentali add. V₂.

12 pater, magister, dominus] mater et pater T pater et mater, soror, frater N pater, magister, soror, frater, doctor, discipulus, pistor, orator A pater, magister, soror, doctor, pistor S₃ pater, mater, dominus, servus, magister M₂L servus add. W. 15 subiecti] sui T suppositi W. determinati sexus] per genus add. S₃N. 18-19 et substantivum—sunt] om. V₁V₃. 20 nominis—significandi] om. S₁. significandi²] essendi S₃ om. WBM₁NM₂. 23 quiescens] existens N. 23-24 nomen—quiescens] om. T. 25 modum] habitus et add. M₂L.

18-19 Thomas Summa contra gentiles I c. 30: *bonitas* significat ut non subsistens, *bonum* autem ut concretum. S. theol. I q. 13 a. 1 ad 2; In Met. VII c. 1 lect. 1 n. 1253-1256. Andreas Sunonis Filius Hexaëmeron III v. 1255-56 (ed. M. Cl. Gertz 41): uelut, cum formam suscipit in se quaeuis materia, fit ibi concretio quaedam.

CAPUT XIX

De modis significandi contentis sub modo adiacentis.

45. Post hæc cum dictum sit de modo significandi per modum communis et de modo significandi per modum appropriati
 5 et cum visum sit quomodo modus communis dividebatur in modum per se stantis et in modum adiacentis, consequenter sub his duobus, scilicet sub modo per se stantis et sub modo adiacentis specialiter descendamus, et primo sub modo adiacentis et postea sub reliquo. Dividitur ergo modus communis per
 10 modum adiacentis in tredecim modos.

46. Primus modus significandi est per modum denominantis alterum simpliciter, et hic modus facit nomen denominativum ut *albus*, *niger* et similia. Iste autem modus adhuc est communior sive generalior aliis modis subsequentibus.

15 47. Secundus modus significandi est per modum communis
 276 va pluribus prout sunt descendentes || ab uno avo vel patre vel matre vel loco, et iste modus significandi facit nomen patronomicum, cuiusmodi sunt *Priamides*, *Nestorides* et secundum hunc modum *Parisiensis*, *Rothomagensis* et omnia talia locorum
 20 nomina, quæ significant per modum adiacentis communis pluribus, patronomica sunt.

48. Tertius modus significandi est per modum adiacentis alteri possidentis ipsum ut *Euandrius*, *Priameius* et consimilia, et iste modus facit nomen possessivum.

6-7 consequenter—stantis] *om.* V₃. 6-8 consequenter—descendamus] *om.* E. consequenter—adiacentis] *om.* WS₂S₃NM₂L.

12 simpliciter] specialiter E ut subiectum *add.* WS₂M₁M₂L ut in subiecto *add.* V₂.

16 sunt descendentes] procedunt M₂L. 19 modum] sive locum *add.* EBM₂L. Parisiensis] Parisiades S₃. Rothomagensis] Veronensis V₁ Bononenses V₃ Limpurgensis EM₁M₂L Romaniades S₃ Romanenses V₂ *om.* S₂R. 21 patronomica] ut Romanides, Parisiades *add.* V₂.

23 possidentis] possidenti BN. Euandrius] ensis *add.* S₃ ensis id est ensis Euandri *add.* N. Priameius] ensis *add.* V₂.

49. Quartus modus significandi est per modum colligentis plura ut *turba*, *populus* et huiusmodi, et hic modus facit nomen collectivum.

50. Quintus modus significandi est per modum diminuentis ab altero, et hic modus facit nomen diminutivum, ut *flosculus* est diminutivum a flore, *filiolus* a filio.

51. Sextus modus significandi est per modum dividendis formas in partes, et hic modus facit nomen divisivum. Et nota quod formas dividere in partes est duobus modis: vel in partes subiectivas, et sic habemus hoc signum: *omnis* et *nullus* et cetera; vel in partes integrales, et sic habemus hoc signum: *totus* et similia.

Item formas dividere in partes subiectivas, hoc est duobus modis: vel coniunctim attribuendo praedicatum suppositis, et sic dicitur proprie terminus teneri collective; vel etiam praedicatum divisim attribuendo cuilibet supposito, et sic dicitur proprie terminus teneri distributive; et sic nomen divisivum continet sub se quaedam nomina collectiva et quaedam distributiva.

52. Septimus modus significandi est per modum denominantis gentem vel aliquem de gente, et hic modus facit nomen gentile ut *Latinus*, *Graecus* et similia.

53. Octavus modus significandi est per modum determinati habentis respectum ad alterum, et iste modus facit nomen relativum.

2 plura] in unum locum *add.* WM₂L in loco *add.* S₂ om. F. turba] ruunt *add.* S₁. populus] plebs R exercitus, contio *add.* A.

4 diminuentis] diminuti UWS₁BS₂RM₁S₃ diminutivi V₂.

7 formas] totum W totius *add.* M₂L. 8 divisivum] seu distributivum *add.* V₂ vel divisibile *add.* F. 9 formas] totum W. 12 totus] solus *add.* AN. 17 continet] tenet V₁UV₃.

21 Latinus] gallicus M₁. Graecus] sculus T alamanus A teotonicus *add.* V₃.

16-17 *Ad dictionem* «... dicitur ... terminus teneri» cf. Thomas S. theol. III q. 16 a. 7 ad 4: terminus in subiecto positus tenetur materialiter, id est pro supposito, positus vero in praedicato tenetur formaliter, id est pro natura significata.

54. Nonus modus significandi est per modum interrogantis de altero, et hic modus facit nomen interrogativum.

55. Decimus modus significandi est per modum adiacentis indeterminate, et hic modus facit nomen infinitum.

56. Undecimus modus significandi est per modum adiacentis alteri simpliciter, et hic modus facit nomen positivum.

57. Duodecimus modus significandi est per modum adiacentis alteri cum hoc tamen comparando ipsum alteri secundum magis et minus sive secundum intensionem et remissionem citra terminum, et hic modus facit nomen comparativum.

58. Tertius decimus modus significandi est per modum adiacentis alteri comparando ipsum alteri secundum magis et minus in termino, et hic modus facit nomen superlativum. Unde dicit Aristoteles: »quod per superhabundantiam dicitur uni soli convenit«, et per hoc exprimit quod superlativus rem suam in termino significat, ultra quem non convenit transire.

59. Sic igitur manifesti sunt modi significandi per modum adiacentis qui tredecim esse dicebantur; et licet plures sint, tamen qui dici consueverunt fere omnes enumerati sunt. ||

20

CAPUT XX

De modis significandi contentis sub modo per se stantis.

276 vb 60. Habito de modo significandi per modum adiacentis consequenter dicendum est de modo per se stantis. Nam modus

2 interrogativum] ut quis currit *add.* A ut quis *add.* N.

4 infinitum] ut quilibet et quicumque *add.* N.

6 simpliciter] et sine addito excessu, cum tamen excessus sit possibilis *add.* A sine excessu *add.* V₃ sine superaddito excessu possibilis *add.* M₂L.

13 termino] ultra quem non contingit transgredi et citra quem contingit sistere *add.* R vel secundum intensionem et remissionem in termino *add.* F.

14 convenit] comparando ipsum respectu unius multitudinis *add.* AM₂L.

15 termino] constituit vel *add.* S₂.

17 manifesti] manifestati NV₂. 18 licet] forte *add.* B.

14 Aristoteles Topic. V (E c. 5. 134 b 24) PL 64,963 A.

communis superius in hos duos modos dividebatur. Et est modus significandi per modum per se stantis qui facit nomen substantivum.

61. Dividitur autem iste modus, scilicet communis per se stantis, in duos modos, quorum primus est modus significandi per modum communis pluribus <suppositis> eiusdem essentiae vel alterius, et hic modus facit nomen generale ut hoc quod dico *animal* vel huiusmodi. Hoc enim quod dico *animal* commune est omnibus suppositis eiusdem essentiae vel alterius. Supposita autem eiusdem essentiae animalis sunt *hoc animal*, *illud animal* et cetera. Supposita vero alterius essentiae animalis sunt *homo*, *asinus* et similia.

62. Secundus modus significandi est per modum communis pluribus suppositis eiusdem essentiae tantum et hic modus facit nomen speciale ut est *homo*: Nam homo communis est pluribus suppositis eiusdem essentiae ut *Socrates*, *Plato*. *Socrates* enim et *Plato* sunt supposita eiusdem essentiae.

CAPUT XXI

De subdivisione nominis proprii.

63. Post haec cum dictum sit de modo significandi per modum communis et qualiter modus communis in modum per se stantis et in modum adiacentis dividitur, et cum hoc etiam quomodo modus per se stantis et modus adiacentis in alios modos subdividitur, de quibus omnibus dictum est, de modo igitur appropriati qui dividebatur per oppositum contra modum communem consequenter est dicendum. Et est modus significandi per modum appropriati qui facit nomen proprium. Hic autem modus prima sui divisione dividitur in modum per se stantis et in modum adiacentis, quemadmodum modus communis divideba-

1 superius] *om.* S₂RM₁S₃NV₂M₂U. 6 communis] praedicabilis de *add.* V₂. 8 animal] arbor *add.* N. 10-11 hoc—sunt] *om.* E. 12 asinus] canis W equus *add.* ES₁L capra *add.* V₃U equus, capra *add.* S₂V₂ equus, capra, leo *add.* ARS₃. 14-15 suppositis—pluribus] *om.* EB. 14 suppositis] *om.* A. 15-17 Nam—essentiae] *om.* TS₂M₁F. 15 communis] commune V₁UV₃N.

24 de modo igitur] nunc ergo de modo M₂L.

tur. Modus significandi per modum appropriati per se stantis facit nomen proprium substantivum ut *Johannes, Petrus*. Modus autem significandi appropriati per modum adiacentis facit nomen proprium adiectivum ut *Petrinus, -a, -um* et alia
5 huiusmodi nomina facta a nominibus propriis.

64. Item modus significandi per modum appropriati per se stantis dividitur in quattuor modos scilicet in modum significandi per modum agnominatiōnis et in modum significandi per modum cognominatiōnis et in modum significandi per modum
10 praenominatiōnis et in modum significandi per modum propriae nominatiōnis. Modus significandi per modum agnominatiōnis est modus secundum quem aliquid alicui imponitur ab eventu ad cognoscendum, et hic modus facit agnomen. Modus significandi per modum cognominatiōnis est modus secundum
15 quem aliquid alicui imponitur a cognatione aliqua, et hic modus facit cognomen. Modus significandi per modum praenominatiōnis est modus secundum quem aliquid alicui imponitur vel praeponitur causa maioris discretiōnis vel differentiae, et hic modus facit praenomen. Modus significandi per modum propriae
20 nominatiōnis est modus secundum quem aliquid est sui ipsius nomen, et hic modus facit propriae personae proprium nomen.
277 ra Et haec de modis significandi essentialibus || nominis dicta sufficiant.

65. Sciendum est autem quod sicut modus generalis nominis
25 in modos speciales dividitur qui modi speciales specialia nomina constituunt, sic et nomen generale in nomina specialia dividitur. Et sic patet quod nomen principaliter dividitur in nomen appellativum et in nomen proprium. Item nomen appellativum in substantivum et adiectivum. Item nomen appellativum adiec-
30 tivum in nomen denominativum, patronomicum, possessivum, collectivum, diminutivum, divisivum, gentile, relativum, interrogativum, infinitum, positivum, comparativum et in nomen superlativum. Item nomen appellativum substantivum in no-

2 Johannes] Socrates V₁E om. F. Petrus] Plato E Martinus A vel Bellinus V₂ Heynricus Springellinus M₂. 5 facta] ficta F.

18 differentiae] ut Marcus Tullius add. R.

27 Et—dividitur] om. V₁UV₃.

men generale et speciale. Postea nomen proprium simpliciter dividitur in nomen substantivum et adiectivum. Item nomen substantivum proprium in agnomen, cognomen, praenomen et suae propriae personae nomen. Et ita patet sufficientia modorum significandi essentialium nominis et sufficientia nominum constitutorum per eosdem.

CAPUT XXII

De modis accidentalibus nominis in communi.

66. Post haec notandum quod alii sunt modi significandi posteriores omnibus modis essentialibus qui iam dicti sunt, et ipsi dicuntur modi significandi accidentales, et hi sunt maxime principia constructionis sive construendi. Quod autem hi sint magis accidentales et posteriores probo et hoc eadem ratione qua prius. Nam illi modi essentialia et priores sunt aliis, quibus stantibus alii modi posteriores variantur. Sed modi significandi essentialia possunt stare aliis omnibus accidentibus variatis ut genere, numero, casu et cetera. Nam nominativus variatur in genitivum, masculinum in femininum et sic de aliis accidentibus, stantibus modis significandi per modum substantivi et per modum adiectivi. Quare manifestum est quod modi significandi accidentales sunt posteriores et magis accidentales praedictis.

67. De his ergo modis accidentalibus videamus et de unoquoque istorum modorum secundum ordinem. Primo sciendum quod qualitas, quam assignavit Donatus pro accidente nominis, non significat aliud quam alteram partem modi significandi essentialis generalis nominis, scilicet modum determinatae apprehensionis variatum per modum significandi communis et per modum appropriati, et istos duos modos significandi appellavit ipse qualitatem appellativam et propriam. Unde stante

10-11 posteriores—significandi] *om. R.* et ipsi—sunt] *om. T.* 14 illi] ibi *T.*
17-20 Nam—adiectivi] *om. V₁UV₃WS₁T.* 20 est] nunc *add. V₃.*

26 nominis] *om. US₁E.* 28 appellavit] appellat *WS₂ S₃NV₂M₂* appellant
E appellaverunt *S₁ Donatus add. V₃.*

24 Donatus *Ars gram. De nomine* (ed. H. Keil 355,6). 29 Donatus
Ars gram. De nomine (ed. H. Keil 355,7-9).

altera parte modi significandi essentialis generalis nominis, scilicet modo habitus et quietis, variatur altera pars eius quae est modus determinatae apprehensionis per modum communis et proprii.

5 68. Nota etiam quod Donatus male assignavit comparationem pro accidente, quia comparatio manet quocumque accidente nominis variato. Quia si variatur genus ut *albus*, *-a*, *-um* vel casus ut *albus*, *-i*, *-o*, et sic inducendo de aliis variato numero et
10 sive modus significandi per modum adiacentis alteri comparando ipsum alteri secundum magis et minus. Ex hoc patet quod comparatio non bene assignatur pro accidente nominis, sed est adhuc essentialior accidentibus.

CAPUT XXIII

15 *De modo significandi accidentali qui facit speciem.*

69. De accidentibus ergo dicamus sive de modis significandi accidentalibus, qui ipsa accidentia constituunt. Et primo de modo significandi qui facit speciem, secundo de modo significandi qui facit genus et sic de aliis secundum ordinem.

277 rb 70. Est ergo modus significandi qui facit speciem, || modus significandi rem, prout ipsa est sive intelligitur sub modo essendi priori vel posteriori, vel prout imponitur sub esse primitivo vel derivativo quod idem est. Unde species per primitivam et derivativam dividitur tamquam per differentias oppositas sicut

2 eius] *om.* V₁US₁T. quae] qui TS₂S₃M₂. 5 Donatus] etiam *add.* U. 7 Quia—*um*] *om.* U. 7-9 Quia—accidentibus] *om.* V₁S₁BT. 8-9 variato—aliis] *om.* E. 9 comparatio] non mutata sive variata *add.* R non mutata *add.* M₁. 10 modus] comparationis sive *add.* B. significandi per modum] *om.* WT. 12 comparatio] comparationem S₃. assignatur] assignavit Donatus S₃. 13 essentialior] excellentior V₃.

17 accidentalibus] connaturalibus F. constituunt] scilicet tamquam differentiae quae constituunt speciem *add.* S₃. 18-19 secundo—genus] *om.* V₂M₂L. 19 ordinem] Donati *add.* V₂.

5-6 Donatus *Ars gram.* De nomine (ed. H. Keil 355,7).

10-11 Boethius *In categorias Aristotelis* III, PL 64,256 C: album enim magis et minus alterum altero dicitur.

animal per rationale et irrationale. Nam haec differentiae eva-
 cuant quidquid est in specie. Et sicut differentiae animalis
 diversas species constituunt, similiter et differentiae speciei
 quae sunt primitiva et derivativa diversas species constituunt.
 5 Nam primitiva nomen primitivum constituit et derivativa no-
 men derivativum constituit.

71. Iuxta quod notandum quod primitivum et derivativum
 non accipiuntur a parte vocis ut quidam dicunt, quia sic non
 essent de consideratione grammatici nisi per accidens, cum vox
 10 non consideratur a grammatico nisi per accidens; nec etiam
 accipitur a parte rei. Probatio: quia eadem res significatur per
 primitivum et derivativum, ut *albus* et *albedo* eandem rem
 significant licet sub diversis modis significandi, sed eadem res
 a se ipsa non derivatur. Quare relinquitur quod species sive
 15 differentiae speciei nec a parte rei nec a parte vocis accipiuntur,
 sed dicendum est quod species accepta est a modo intelligendi
 rem sub esse primario vel secundario. Et hoc est quod dicitur
 quod species est primaria vel secundaria dictionis origo. Unde
 primitivum significat rem sub esse primo, sive prout imponitur
 20 primo; derivativum vero est quod significat rem sub esse se-
 cundario, sive prout est sub esse posteriori sive prout imponitur
 secundario vel posterius. *Albedo* enim dicit rem suam sive acci-
 dens, prout est ens distinctum ab aliis sive prout est essentialiter
 distinctum contra substantiam, et ideo dicitur abstractum; et
 25 secundum hoc dico quod *albedo* est primitivae speciei et alia
 consimilia, quae intelliguntur sub esse primo vel sub priori modo.
Albus vero significat rem suam sive accidens secundum quod
 accidentaliter facit unum cum subiecto. Sic autem est sive

3-4 similiter—constituunt] *om.* E. 4-5 diversas—derivativa] *om.* S₃N.
 5 primitiva] species *add.* V₁BR. derivativa] species *add.* R. 5-6 et—con-
 stituit] *om.* V₃. 5-6 nomen derivativum constituit] *om.* E.

8 accipiuntur] accipimus V₃F. 13 sub] tribus *add.* T. sed] licet V₃S₁ET
 quare V₂. 17 rem] immediate *add.* V₂. 18 dictionis] dictionum M₁. 22
 enim] et nigrido *add.* S₂. 23 ens] *om.* UE. 24 substantiam] subiectum
 V₁UV₃WEBTM₁M₂ in quo est *add.* V₁ vel substantiam *add.* M₁ sive subiectum
add. V₂. ideo] ita T. 27 sive] ut *add.* S₂RF. 28 Sic] sicut EBA. est sive]
om. S₂RM₂L. sive] sic B.

18 Petrus Heliae (Vincentius Bellocensis Speculum doctrinale, Duaci 1624, II 95B): Species est positio vocabuli primaria vel secundaria.

intelligitur posterius esse sive sub modo posteriori. Nam prius est aliquid in se quam inclinatur ad alterum; et secundum hoc dico quod *albus* est derivativae speciei. Patet ergo quod primitivum et derivativum accepta sunt a modis intelligendi rem
 5 sub modo priori vel posteriori.

CAPUT XXIV

De modo significandi accidentalī qui facit genus.

72. Viso quid sit species et quis modus significandi facit speciem, consequenter dicendum est de modo significandi qui facit
 10 genus. Et nota quod genus in nomine accipitur a discretione sexus. Hic autem sexus accipitur a potentia activa et passiva. Unde dicitur quod genus est discretio sexus vel similitudo cum dictionibus discernentibus sexum. Et bene dicitur similitudo. Nam quaedam sunt quae non sunt alicuius sexus ut *lapis* et
 15 *petra* et huiusmodi, sed habent se ad similitudinem sexus masculini vel feminini. Quaedam vero sunt alicuius sexus determinati, scilicet masculini vel feminini: *vir* enim masculini generis est determinate; *femina* vero feminini determinate et sic de aliis. Quaedam se habent ad similitudinem generis masculini ut
 277 va *lapis* quia sibi debetur || potentia activa. Habet enim se per modum agentis quod patet ex interpretatione vocabuli. Dicitur enim *lapis* quasi *laedens pedem*. Quaedam vero se habent ad similitudinem feminini sexus ut *petra* et similia quibus inest potentia passiva sive proprietates patientis. Quaedam se habent
 25 per abnegationem utriusque ut *lignum*, *ferrum* et huiusmodi.

2 se] esse ES₂RN.

13 discernentibus] signantibus T. dicitur] quaedam add. T. 14 ut] lignum add. V₃WS₃N. 15 *petra*] lignum AM₂L. huiusmodi] cuius ratio est quia non sunt animatae add. AM₂L. 17 feminini] ut mulier, domina add. W. 18 determinate] om. TRM₁. 19 aliis] idem est add. V₁V₃B idem est iudicium add. WES₂S₃NM₂L. 23-25 similitudinem—per] om. M₁. 24 patientis] Dicitur enim *petra* quasi *pede trita* add. E. 25 abnegationem] differentiam S₁ sexus add. S₂RS₃M₂L. *ferrum*] om. F folium V₁ fructus US₁TM₂L.

1-2 Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam I, De propositione (ed. M. Grabmann 30, 22-23): Prius est enim aliquid cognoscere in se quam in comparatione ad aliud.

10-11 Eberhardus Bethuniensis Graecismus (ed. Wrobel c. XI, 162): genus est discretio sexus. 21-22 Isidorus Hispalensis Etymologiae sive origines XVI c. 3 (ed. W. M. Lindsay T. II lib. XVI c. 3 n. 1).

Et quaedam se habent per indifferentiam ad utrumque ut *homo*, *bos* et similia. Quedam etiam sunt quae indifferentiter se habent ad ea quae sunt alicuius sexus et ad ea quae sunt neutrius sexus ut *felix* et talia. Unde secundum istas diversas proprietates rerum⁵ se habentium per modum masculini vel feminini vel per abnegationem utriusque et sic de aliis diversificantur genera in nomine.

73. Unde modus significandi per modum agentis sive per modum masculini est qui facit genus masculinum. Modus significandi per modum patientis sive per modum feminini est qui¹⁰ facit genus femininum. Modus significandi per modum neutri sive per abnegationem utriusque facit genus neutrum. Modus significandi per modum utriusque scilicet masculini et feminini facit genus commune ut *homo* vel aliquod tale. Unde genus commune aequivocum est ad haec duo genera scilicet masculinum¹⁵ et femininum. Modus significandi per modum indifferentiae ad esse masculinum vel femininum vel neutrum facit omne genus. Unde illud quod omnis generis est, est aequivocum ad haec tria scilicet masculinum, femininum, neutrum. Nam per indifferentiam se habet ad haec tria.

74. Ex his patet quod genus in nomine acceptum est a proprietate agentis vel patientis vel utriusque vel neutrius, quia modus significandi qui facit genus masculinum acceptus est a modo intelligendi rem se habentem per modum agentis sive per similitudinem agentis ut *lapis*. *Lapis* enim masculini generis est,²⁰ quia se habet per modum agentis. *Lapis* enim dicitur quasi *laedens pedem*. Unde propter proprietatem quae est laedens pedem datus est lapidi modus significandi per modum masculini, et sic de aliis quae masculini generis sunt. Modus significandi per modum feminini acceptus est a modo intelligendi rem

3 alicuius] utriusque V₁WRS₃V₂L. 8 masculinum] in nomine *add.* V₁UV₃S₁ERV₂. 10 femininum] masculinum T in nomine *add.* RM₁V₂. 17 generis] scilicet sicut hoc quod dico *felix add.* U aequivocus sicut autem hoc quod dicitur *felix add.* T sicut *felix add.* BM₁. haec tria] ista genera R ut *felix add.* R.

21 agentis] sive ad similitudinem agentis ut *lapis* et sic de aliis *add.* T. 21-23 (p. 37) vel patientis—dictum est] *om.* T. 25-26 lapis—pedem] patet in vocabulo E.

sub proprietate patientis sive per similitudinem patientis quod idem est. *Petra* enim feminini generis est propter proprietatem patientis quam habet. Nam *petra* dicitur quasi *pede trita*. Unde per hanc proprietatem quae est *pede trita* quae est proprietas
 5 patientis haec dictio *petra* habet modum significandi per modum feminini et sic de aliis quae sunt feminini generis. Modus significandi qui facit neutrum genus acceptus est a modo intelligendi rem sub neutro sexu, ita quod per negationem utriusque vel a modo intelligendi rem sub neutro sexu determinate, et secundum
 10 hoc sunt diversa nomina neutri generis. Quaedam enim sunt neutri generis quae nullius sunt sexus et illa significant per abnegationem utriusque ut est *lignum* et huiusmodi. *Lignum* enim non est alicuius sexus nec aliqua talia. Quaedam etiam sunt
 277 vb neutri generis et alicuius sexus sunt, nullius || tamen sexus
 15 determinate, ita quod se habent per indifferentiam ad utrumque sexum, ut est *animal* et huiusmodi. *Animal* enim indeterminate se habet ad hoc vel ad illud, tam ad masculinum sexum quam ad femininum. Modus autem significandi qui facit commune genus acceptus est a modo intelligendi rem sub utroque
 20 sexu. *Homo* enim communis generis est quia masculini sexus est et feminini. Unde hoc quod dico *homo* vel aliquid tale quod est communis generis est aequivocum ad modum masculinum et femininum ut dictum est.

75. Iuxta quod notandum quod duplex est aequivocatio. Nam
 25 quaedam est modorum significandi ut in his quae dicta sunt. Alia est aequivocatio quae est significatorum specialium ut in hoc nomine *canis* quod est aequivocum ad latrabile, ad coeleste sidus, ad marinum.

I proprietate] potentia W passiva sive add. WES₂ passiva ut mulier add. N. 1-3 quod—patientis] om. B. 2-3 Petra—habet] om. V₁S₁M₂. 3 quam habet] ut patet in vocabulo E. 3-4 Unde—trita] om. B. 4 quae est pede trita] scilicet teri a pede RV₂. trita] teri M₂L. 5 haec dictio] li N. 8 sexu] determinato add. V₁. 8-9 ita—sexu] om. UV₃WEM₁S₃FN. 8-9 vel—determinate] om. V₂. 9 determinate] indeterminate V₁RM₂L. 12 lignum¹] et scaprum add. R.

25 quae] iam add. V₃WEM₁S₃FV₂ ante add. S₂. 26 est²] sub una voce comprehensorum add. S₃. 28 marinum] belluam add. WES₂RS₃FNM₂L piscem add. UV₃BV₂ monstrum add. M₁ belluam maritimam V₁.

27-28 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) I c. 8 CSEL XXXXVIII 154, 17-19. Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἐρμηνείας* (ed. pr.) I c. 2 (ed. Meiser 48, 24-26); (ed. sec.) V c. 11 (353, 17-18).

Modus significandi qui facit omne genus acceptus est a modo intelligendi rem sub indifferentia ad utrumque sexum vel ad neutrum et iste modus aequivocus est ut dictum est. Haec autem de genere dicta ad praesens sufficiant.

5

CAPUT XXV

De modo significandi accidentali qui facit figuram.

76. Dicto de genere consequenter dicendum est de modo significandi qui facit figuram. Iuxta quod sciendum quod figura non accipitur a parte vocis, cum vox non sit de consideratione
10 grammatici, sed a parte rei. Et nota quod quaedam res sunt simplices ut *homo*, *asinus*, quaedam vero compositae sive complexae, quaedam collectae. His autem tribus respondent tres operationes intellectus. Prima est apprehendere, secunda componere vel dividere, tertia conferre. Simplicibus respondet ap-
15 prehendere, compositis id est his quae conveniunt in re respondet componere, et collectis respondet conferre. Unde figura accepta est a modo intelligendi rem simplicis conceptus vel compositi vel collecti.

77. Vel aliter potest dici quod accipitur a modo intelligendi
20 rem simplicem vel compositam quod idem est. Et secundum hos varios conceptus variatur figura. Nam figurarum quaedam est simplex, quaedam composita, quaedam decomposita. Unde simplex figura accepta est a modo intelligendi rem simplicis conceptus, ut *homo* et huiusmodi simplicis figurae sunt quia
25 simplicis conceptus sunt. Composita vero accipitur a modo in-

9-10 cum—grammatici] *om.* S₃F. 10 grammatici] neque per accidens *add.* V₂ per se sed per accidens *add.* R scilicet nisi per accidens *add.* M₂L. 11 compositae] ut homo est animal *add.* N ut doctus *add.* RM₂L. sive complexae] *om.* V₃WETM₁S₃N. complexae] componibiles V₁BS₂RV₂M₂ componibilia L. 12 collectae] collatae UWS₁EBTS₂ collectivae V₃V₂F ut discursivus ab uno in aliud *add.* N sive expositivae univoce ut inexpugnantia *add.* V₂. 17 compositi] ut armiger *add.* V₁. 20 rem] conceptum S₃F. quod idem est] *om.* UETS₂.

12-16 Aristoteles De an. III t. 21 (Γ c. 6 430 a 26-b 6). Thomas S. th. I q. 85 a. 5. Thomas In Post. Anal. prooemium n. 4.

telligendi rem compositi conceptus. Figura autem decomposita accipitur a modo intelligendi rem decompositi conceptus et hoc sub modo posteriori. Et hoc est quando dictio compositi conceptus derivatur a dictione composita, et qualiter unumquod-
 5 que derivatur ab altero et per quem modum dictum est. Ex his patet quod modus significandi qui facit figuram est modus significandi rem simplicis conceptus vel compositi.

78. Aliter potest accipi modus significandi qui facit figuram a posteriori sive a voce, et ita consideratur a grammatico per
 10 accidens. Nam potest etiam accipi a proprietate litterarum vel sillabarum vel dictionum compositarum. Et hoc est quod dicitur quod figura est proprietate constandi ex litteris et sillabis vel veniendi a dictione composita. Unde dicitur quod illud est simplicis figurae quod non potest dividi in duas partes intelligibiles
 15 eiusdem sensus capaces ut *homo*. Et hoc reddit ad idem. Nam hoc est simplicis figurae quod est simplicis conceptus; et hoc dicitur compositae figurae quod potest dividi. Illud autem decompositae est quod a composita venit dictione, et ita reddit ad
 278 ra idem ut prius. Unde patet quod priori modo || magis proprie
 20 accipitur quam secundo, quia plus aliquid declaratur quod realiter declaratur, quam illud quod a posteriori sicut a voce declaratur. Melius enim aliquid per suam causam declaratur quam per suum effectum. Unde dicendum quod modus significandi qui facit figuram accipitur a modo intelligendi rem simplicis
 25 conceptus vel compositi.

1 conceptus] ut dapifer *add.* V_2 ut armiger, dapifer *add.* S_3 . 1-2 Figura—conceptus] *om.* V_1BS_2 . 2 decompositi] compositam V_3 compositi UWS_1TM_2L . conceptus] ut expugnabilis *add.* S_3V_2 derivati a dictione composita *add.* M_1M_2L . 3 compositi] decompositi AR . 4 composita] vel compositi conceptus *add.* R . 5 modum] hoc *add.* S_3F .

11 dicitur] ab antiquis *add.* R . 14-15 in duas—sensus] *om.* S_3F . 15 homo] deus $WS_2RM_1S_3$. 19 prius] dictum est *add.* $RM_1V_2M_2L$. 20 plus] prius $WS_2S_3NV_2$ magis proprie B et melius *add.* S_2 . declaratur] determinatur E . 23 effectum] unde melius declaratur per ipsam rem quam per signum rei *add.* V_1 . 25 compositi] vel decompositi *add.* $V_1S_2RM_1S_3V_2M_2L$.

12-13 Petrus Heliae (Vincentius Bellovacensis Speculum doctrinale, Duaci 1624, II 118A): Figura est qualitas quantitatis dictionis. Quantitas autem dictionis est, quod vel ex litteris, vel syllabis, vel dictionibus constat vel quod derivetur a composita dictione.

CAPUT XXVI

De modo significandi accidentalī qui facit numerum.

79. Habito de modo significandi qui facit figuram consequenter dicendum est de modo significandi qui facit numerum. Iuxta quod notandum quod in re duplex est numerus: quidam est numerus formalis ut *homo*, *asinus*, non autem *hic homo* vel *hic asinus*, sed *homo* in communi et *asinus* in communi et sic de aliis. Et hic numerus est essentialis. Per hunc autem numerum distinguitur homo ab asino et e contra et quaelibet species ab alia. Nam sicut forma dat esse rei, ita etiam cum hoc dat esse distinctum, quia dat sibi unitatem essentialē. Et cuiuslibet unitati essentiali opponitur sua multitudo ut unitati secundum speciem opponitur multitudo secundum speciem et sic de aliis.

80. Alius est numerus materialis sive individuorum ut *Socrates*, *Plato*, *hic homo*, *hic asinus* et cetera. Hic autem numerus accidentalis est. Accidit enim rebus et unitas similiter in ipso est accidentalis.

81. Et sciendum quod unitas utroque modo dicit mihi indivisionem, quia causatur ab indivisione qualitatis et quantitatis continuae. Unde ab hoc duplici numero in rebus accipitur numerus qui est accidens nominis; nam accipitur a numero com-

4 qui facit] faciente EBS₂. 6 formalis] formarum V₃WBS₂RM₁S₃V₂M₂. asinus] leo U equus WE capra add. WS₂RM₁S₃V₂L capra, leo add. T capra, leo, bos add. V₃ capra, bos add. U. 10 species] distinguitur add. M₂L. 10 rei] om. UT. 10-11 rei—esse] om. V₃ES₂. 10-11 cum hoc] om. V₁UV₂. 12 unitati] uniti E. 12-13 ut—multitudo] om. V₃ETRS₃. 13 opponitur—speciem] om. B. 17 rebus] numeratis add. V₁WS₂RM₁S₃V₂M₂L. 17-18 et—accidentalī] om. T. 19 unitas] numerus WS₂RM₁S₃FM₂L. indivisionem] et quantitatem continuam add. F divisionem US₂ vel divisionem add. WRM₁S₃V₂M₂L. 20 indivisione] quidditatis add. V₂. qualitatis] quidditatis V₁WM₁S₃ om. V₃S₁EBTFN. 21 continuae] id est materiae et quantitas continua annexa est materiae add. V₂. 22 a numero] om. T formali et a numero accidentalī qui est numerus add. N. communiter] coniunctus N et cetera scilicet utroque modo add. V₁ dicto add. W supradicto et ad numerum formarum et materialium add. V₂.

munitur. Et quod non accipitur ab altero tantum, probatio huius est: quia si acciperetur a numero essentiali tantum, scilicet a numero formarum, iam *Socrates*, *Plato*, *hic homo*, *hic asinus* non essent alicuius numeri. Si etiam acciperetur a numero
 5 accidentali tantum, qui est numerus materiarum, iam *homo* in communi, *asinus* in communi, non essent alicuius numeri quod est inconueniens. Quare manifestum est quod acceptus est a numero communiter. Unde numerus a modo intelligendi rem per modum unius vel plurium acceptus est; unius in quantum
 10 essentialiter ut *homo*, unius in quantum accidentaliter ut *Socrates*, vel per modum plurium in quantum essentialiter ut *animalia* — *animal* enim multiplicatur per differentias in species sive formas — plurium in quantum accidentaliter ut *homines*. Species enim specialissima non dividitur sive multiplicatur per
 15 differentias specificas, sed per materiam sive supposita. Ex his patet quod modus significandi qui facit numerum est modus significandi per modum unius sive plurium sive modus significandi per modum singularis sive pluralis, quod idem est. Patet etiam quod modus significandi qui facit numerum singularem
 20 est modus significandi per modum unius sive per modum singularis sive per modum indivisi, et hoc essentialiter vel accidentaliter. Modus significandi qui facit numerum pluralem est modus significandi per modum plurium sive per modum pluralis sive per modum divisi, et hoc essentialiter vel accidentaliter.

25 82. Et nota quod diviso numeri in numerum singularem et pluralem est sufficiens, licet graeci habeant tres numeros, scilicet singularem, pluralem et dualem, qui numerus dualis sub numero plurali comprehenditur.

3 Plato] et brunellus *add.* UT. 4 numeri] singularis quod est inconueniens *add.* V₂ quod est inconueniens *add.* S₃M₂L. 16 significandi—numerum] *om.* S₃V₂. 16-19 est—numerum] *om.* W. 18-24 Patet—accidentaliter] *om.* V₁UN. 18-28 Patet—comprehenditur] *om.* T. 21 indivisi] indivisi S₁BRM₁FM₂. 22-24 Modus—accidentaliter] *om.* WS₁BS₃F. 24 divisi] indivisi EM₁ divisibilis V₂. 27 pluralem] non *add.* V₁U. 26-27 est—pluralem] *om.* S₁. 26 graeci] grammatici AV₂ *om.* U. tres numeros scilicet] *om.* N. 27 qui] quia UWBS₂RNV₂ cum V₃.

CAPUT XXVII

De modo significandi accidentali qui facit casum.

83. Viso de numero consequenter dicendum est de modo significandi qui facit casum. Iuxta quod notandum quod casus
 5 accipitur a quadam proprietate sive dispositione rei quae est
 se habere in ratione principii vel in ratione termini. Unde modus significandi qui facit casum est modus significandi secundum quem aliquid se habet in ratione principii vel in ratione termini. Et secundum varietatem eius quod est esse in ratione principii
 10 vel in ratione termini variatur casus. Potest enim aliquid esse in ratione principii dupliciter: vel respectu actus vel substantiae.

84. Si primo modo, sic est nominativus, quia nominativus se habet in ratione principii ut in quo est alterum. Ut cum dicitur *Petrus legit*, iste actus qui est *legere* est in hoc quod dico *Petrus*,
 15 quod se habet in ratione principii in quo est iste actus qui ab ipso egreditur. Si secundo modo, sic est genitivus. Genitivus enim se habet in ratione principii respectu substantiae ut cuius est alterum.

85. Si in ratione termini, et hoc est dupliciter: vel in ratione
 20 termini indifferenter respectu actus et substantiae vel in ratione termini respectu actus tantum. Si primo modo, hoc etiam est dupliciter: aut ut cui et sic est dativus vel ut a quo et sic est ablativus. Si secundo modo, hoc dupliciter: vel in ratione ter-
 278 rb mini respectu actus significati ut ad quem, || et sic est accusa-
 25 tivus. Accusativus enim se habet in ratione terminantis actum. Vel in ratione termini respectu actus excitati, et sic est voca-

5 accipitur] a grammatico *add.* E. 6 termini] id est respectu alicuius ad ipsum dependentis *add.* S₃. 6-8 Unde—termini] *om.* WN. 9 varietatem] variationem S₂M₁M₂L. esse] *om.* WES₂S₃. 10-13 vel—principii] *om.* V₂. 11-13 dupliciter—principii] *om.* S₃FM₂L.

12-13 quia—alterum] *om.* R. 13 inquo] a quo V₃. 15 quod] qui WRS₃V₂ quia TN nominativus *add.* S₃. 17 ut] *om.* S₁.

20 indifferenter] *om.* V₁S₁S₂N. 21-22 hoc—cui et] *om.* WfV₂. 22 quo] est alterum *add.* R. 23 secundo modo] in ratione termini respectu actus tantum WRS₃V₂FM₂L. 26 excitati] exercitati UEBTM₁NM₂L. excitationis V₁WS₃ exercitii S₂RV₂ exclamati V₃ vel exercitati *add.* WRFV₂ vel excitati *add.* S₁S₃M₂L.

tivus. Vocativus enim se habet in ratione termini excitantis, quia vocativus terminus est excitationis. Et sic patet sufficientia casuum et penes quid sumantur.

CAPUT XXVIII

5 *De modo significandi accidentali qui facit personam.*

86. Dicto de casu et de aliis accidentibus consequenter dicendum est de persona, quae est ultima de accidentibus nominis. Iuxta quod notandum quod persona accipitur a quadam proprietate quae est modus loquendi. Nam ipsa a modo loquendi
10 accipitur. Et secundum diversitatem modorum loquendi variantur personae. Potest enim esse modus loquendi de se ut de se et ab hoc modo loquendi accipitur prima persona. Est ergo modus significandi qui facit primam personam modus significandi per modum loquendi de se ut de se. Alius est modus loquendi ad
15 alium ut ad alium et ab hoc modo loquendi accipitur secunda persona. Modus significandi per modum loquendi ad alium ut ad alium facit secundam personam. Tertius est modus loquendi de alio ut de alio et ab hoc modo loquendi accipitur tertia persona. Modus ergo significandi per modum loquendi de alio ut
20 de alio facit tertiam personam. Et ita patet penes quid accipiuntur istae tres personae, scilicet prima, secunda et tertia, quae proprietates personales sunt.

87. Nota iuxta hoc quod dubium est quare nomen non habet

1 excitantis] exercitati W excitati E actus exercitati S₃ exercitationis M₁.
2 excitationis] exercitationis M₁.

9-10 loquendi¹—modorum] om. F. 14 de se²] Bene enim possumus loqui de se ut de alio sicut dixit Iohannes in passione Christi sic: «discipulus autem ille, quem diligebat Jesus, relicta sindone nudus profugit ab eis» [Ioh. 18, 15, Ioh. 13, 23, Marc. 14, 52] et loquebatur de se ipso et tamen non erat personae primae licet loqueretur de se et ita de secunda add. V₂. Nonnulli patres (Chrysologus, Gregorius, Pseudo-Chrysostomus, Beda) putant loco citato (= Marc. 14, 52) significari Ioannem, non Marcum; «relicta», non «reicta» etiam apud Thomam invenitur (Catena aurea in h. l.). 17 personam] ita tamen quod tali, quod est secundae personae, respondent constructibilia actu sub proportionato modo significandi et hoc dico quia ipsa persona est modus significandi. Modus hic est medium quo construuntur ipsa constructibilia actu add. U.

personam primam. Et quod habeat, probant quidam tali ratione: illud quod non determinat sibi unum oppositorum, ei non repugnat reliquum. Sed nomen non determinat sibi tertiam personam quia habet secundam nec determinat sibi secundam, quia
 5 habet tertiam. Ergo ut videtur prima persona non repugnat nomini.

88. Ad hoc intelligendum quare nomen non habet primam personam, est notandum quod modus loquendi de se ut de se certissimus est omnium modorum loquendi, quia tantum debetur
 10 rei praesenti, absentis autem numquam, quia omnis qui loquitur praesens est sibi ipsi et non absens. Ideo modus loquendi de se ut de se certissimus est. Modus autem loquendi ad alium est certior modo loquendi de alio et incertior modo loquendi de se. Debetur enim rei praesenti vel tamquam praesenti vel ab-
 15 senti tamquam praesenti. Modus autem loquendi de alio incertior est primis duobus modis, quia confundit utrumque. Debetur enim indifferenter tam rei praesenti quam absentis.

89. Secundo notandum quod causa finalis et causa inventionis nominis est, ut significet rem suam indifferenter sub praesentia
 20 et sub absentia. Unde indifferentia rei ad esse praesens et ad esse absens est causa finalis nominis. Cuicumque ergo repugnat causa finalis nominis, ei repugnat esse nomen; et cuicumque convenit, potest esse nomen; et cuicumque proprietati repugnat hic finis, ipsa repugnat nomini. Sed quia prima persona sive
 25 modus loquendi de se ut de se non potest esse rei praesentis et absentis indifferenter, quia tantum debetur rei praesenti, et secunda persona sive modus loquendi ad alium potest esse indifferenter rei praesentis et absentis, — possum enim loqui alicui

1 quidam] grammatici *add.* V_2 . 2 ei] illi WRM_2 sibi N eidem V_2 *om.* V_1V_3 . 3 tertiam] primam EV_2 . 4 secundam] tertiam A . 6 nomini] sibi *add.* M_1 Adhuc probo quod debet habere tali ratione: si aliquod accidens accidit parti, illud debet convenire cuilibet suo inferiori. Sed ita est quod persona accidit nomini. Ergo et persona prima accidit nomini, cum sit inferius ad personam *add.* N .

12-14 Modus—praesenti] *om.* $V_1UV_3S_1$. 14 tamquam] ei *add.* S_3 rei *add.* B . 14-15 vel²—praesenti] *om.* $S_1EBTS_2M_1FNM_2L$. 16 duobus] anterioribus M_2L .

22 causa—repugnat] *om.* V_3F . 22-23 cuicumque—et] *om.* E . 24 ipsa] ipsum V_1UV_3 illud E ipsi BM_2L ei S_3V_2 illi S_2 proprietas *add.* S_2 . nomini] nomen BM_2L nominis S_2S_3 . 26-28 et—absentis] *om.* S_1 .

qui praesens est et illi qui in Dacia est mittendo litteras ad ipsum — similiter tertia persona potest esse indifferenter praesens et absens: ideo omne nomen ratione sui finis est secundae vel tertiae personae, non autem primae.

5 90. Et ne credas hanc causam finalem esse fictam, scias quod modus significandi essentialis generalis nominis huic bene concordat, quia ab hac acceptus est. Ex praedictis patet quae et quot sint accidentia nominis et qui sint modi essentialis et qui accidentales nominis. Et haec de modis significandi nominis
10 dicta sufficiant. ||

CAPUT XXIX

*Quomodo pronomen dividitur in modum relationis
et demonstrationis.*

278 va 91. Pronomen significat per modum habitus et quietis, id est
15 per modum substantiae merae ut dictum est. Et hic est modus significandi per quem omne pronomen est pronomen. Et notandum quod sicut modus significandi per modum communis et modus significandi per modum appropriati evacuant totum quidquid est in modo significandi essentiali generali nominis, et
20 sicut ipsi sunt modi essentialis speciales respectu sui modi generalis, eodem modo demonstratio et relatio evacuant totum modum significandi essentialis generalem pronominis, et similiter essentialis et speciales sunt respectu sui modi generalis. Unde sciendum quid sit demonstratio et quid relatio.

25

CAPUT XXX

De modo significandi demonstrationis.

92. Demonstratio est modus notificantis sive demonstrantis rem sub maxima certitudine scilicet ut praesens est. Quod patet

I Dacia] Anglia V₁UV₃WS₁EBTN Parysiis S₂ Hassia M₂ dicia F. 5 fictam] sed add. ES₂RM₂L. 7 hac] hoc ES₂RM₁V₂M₂L ipso UB causa add. N. 8 nominis] aequivoci add. U. 9 nominis²] ad praesens add. V₁UV₃N pro praesenti add. M₂.

14 quietis] solum add. M₁ et indeterminatae apprehensionis add. N. 16 significandi] verus add. U vere add. V₃N. 19 nominis] quia nihil dimittunt add. S₃V₂.

15 Cf. 13,13. Priscianus Instit. gram. XII c. 3 n. 15 (ed. M. Hertz I 585, 32-586, 1): solam enim substantiam, non etiam qualitatem significant pronomina.

inducendo in omnibus pronomibus demonstrativis. Et sicut contingit invenire gradus in praesentialitate, secundum hoc contingit diversos modos demonstrationis habere, et sic pronomina demonstrativa sunt diversa. Potest enim res esse maxime
 5 praesens, et sic significatur sive demonstratur per hoc pronomem *ego*; vel non ut maxime praesens, sed ut minus praesens, et sic significatur per hoc pronomem *tu* et per alia pronomina. Nam hoc pronomem *ego* sub maxima praesentialitate significat, quia semper praesens est. Sed hoc pronomem *tu* et alia prono-
 10 mina demonstrativa, licet semper significant ut praesentia sint, possunt tamen indifferenter absentia esse et praesentia, et sic per ea minor praesentialitas designatur quam per pronomem primae personae quod est *ego*, et hoc totum de modo loquendi provenit. Nam ad hunc modum significandi, scilicet per demon-
 15 strationem tantum coadiuvat modus loquendi, scilicet persona. Quare dubium est, si pronomem possit privari persona.

Et sciendum quod demonstratio non estabilitas in re per quam res demonstratur sive notificatur, ut quidam dicunt, sed est quidam modus certificantis sive notificantis rem ut praesens
 20 est sub primo actu sive sub prima notitia ut *ego lego*. Hoc pronomem *ego* facit hic primam notitiam de re et ponitur sub primo actu, scilicet sub hoc praedicato quod est *lego* et sic de consimilibus.

CAPUT XXXI

25 *De modo significandi relationis.*

93. Relatio est modus notificantis rem semper ut absens est, et secundum hoc ponitur sub secunda notitia sive sub secundo actu ut cum dicitur *Socrates currit et ille disputat*. Hic enim ponitur res sub secunda notitia sive secundo actu, quia hoc

1 demonstrativis] *om.* V₁UV₃S₁TR. 4 sunt diversa] *om.* F. 15 coadiuvat] adiuvat E coadunat V₁S₂M₂. persona] prima F. 16 est] fit F. 17 demonstratio non est] *om.* S₁. non] *om.* V₁. 21 hic] hanc UV₃V₂.
 28 disputat] movetur V₁S₁BRM₂L.

quod dico *Socrates* ponitur sub secundo actu per hoc relativum *ille* quod refert Socratem et facit recordationem de ipso sub hoc quod est *disputat*, et ita facit secundam notitiam de re. Dicitur enim *relatio* quasi *retrolatio*. Et relativum semper refert
 5 suum antecedens ut ipsum absens est, sive illa res quam refert sit praesens vel absens. Demonstrativum autem semper facit primam notitiam de re et semper demonstrat rem ut praesens est, sive etiam fuerit demonstratio ad sensum sive ad intellectum. Sed relatio semper refert rem secundum quod ipsa est
 10 absens, id est sub absentia. Unde secundum quod contingit diversificare absentiam, secundum hoc sunt diversa pronomina
 278 vb relativa. Nam secundum quod || sunt diversi gradus demonstrationis, similiter sunt diversi gradus relationis et ita diversa pronomina relativa. Contingit enim reperire sub diversis gradi-
 15 bus absentiae rem ut est absens et ut magis absens et ut maxime absens, et secundum hoc diversificantur pronomina relativa.

94. Ex his patet quid sit demonstratio et quid relatio et quare pronomina dicantur demonstrativa et relativa. Nam quando primam notitiam faciunt de re, demonstrativa sunt,
 20 quando vero secundam, relativa sunt. Et haec de demonstratione et relatione dicta sufficient.

CAPUT XXXII

De modo pronominis primitivi et derivativi.

95. Habito de demonstratione et relatione in generali consequenter sub his specialiter descendamus. Dividitur ergo tam
 25

1 secundo] primo M₂L om. E. hoc] om. V₁UV₃. 2 ille] iste TA ipse N. 4 retrolatio] reiteratio WE recordatio M₂L retro dicta latio T vel ante latae rei recordatio add. E. 5-6 est—absens] om. V₁UV₃S₁TR. 7 et—rem] om. S₁S₃. 8 ad sensum] ad oculum S₂. 11 diversificare] diversificari F. absentiam] vel praesentiam add. V₃. 14 reperire] reperiri V₃V₂ referre N. 15 rem] absentem sive ipsum absens scilicet longe positum et prope positum add. V₂. rem ut est absens et] ipsum absens scilicet prope positum vel longe positum et reperire est etiam ipsum absens iam B.

4 Priscianus Instit. gram. XII c. 6 n. 16 (ed. M. Hertz I 586,11-12): relatio enim est cognitionis ante latae repraesentatio.

demonstratio quam relatio per primitivum et derivativum. Nam pronominum demonstrativorum quaedam sunt primitiva, quaedam derivativa, et pronominum relativorum similiter.

96. Et notandum quod idem dico de primitione et deriva-
 5 tione pronominis quod dixi de primitione et derivatione no-
 minis, scilicet quod non debet illa primitio vel derivatio attendi
 a parte rei vel a parte vocis, cuius ratio visa fuit, sed a parte
 modorum intelligendi. Unde pronomen primitivum est quod
 significat rem suam sub priori modo intellectam, sive prout sub
 10 priori modo vel proprietate intelligitur, et hoc est secundum
 quod est aliquid in se vel aliquid per se ens. Unde hoc pronomen
ego et *tu* primitiva sunt et alia huiusmodi, quia id quod
 significant aliquid in se est. Pronomen autem derivativum est
 quod significat rem suam ut sub posteriori modo sive proprie-
 15 tate intelligitur, et hoc est secundum quod non est aliquid in se,
 sed ut aliquid in altero, ut *meus*, *tuus* et similia derivativa
 sunt quae significant aliquid ut possessorem, secundum quod
 possessor est in altero scilicet in sua possessione. Hoc est secun-
 dum quod possessor habet inclinationem sive aliquam dependen-
 20 tiam ad suam possessionem; et ideo dicitur quod possessivum
 significat duas personas, scilicet unam possessoris et alteram
 possessionis.

97. Sed ego magis credo quod possessivum determinate et finite

1 primitivum et derivativum] primitationem et derivationem V₁. 4 primi-
 tione] primatione V₁RM₁ primitivatione UV₃B primitatione WS₃F primitivo V₂.
 8 intelligendi] significandi T. 13 est! sed idem »sui« et »mei« et »meorum«
 non quia »mei« significat ut in se intelligitur, sed »meus« ut pertinet ad alte-
 rum, secundum quod prius est aliquid in subiecto <quam> ad alterum quod
 per se est quia nec comparatur ad haec et ad illa. Nam importat quoddam
 esse accidentale et ideo »mei« est pronomen primitivum, »meus« autem deriva-
 tivum *add.* U. 14 posteriori] priori UV₃S₁E. 16 similia] quae *add.* M₂. deri-
 vativa] possessiva V₁S₁BS₂M₂L possessiva *add.* WEM₁. 17 quae] quia M₁M₂.
 20 possessivum] possessio WT. 23 magis] *om.* V₁UV₃S₁BTRN. ego—credo]
 magis respondendum est F.

7 Cf. 34,7. 20-22 Priscianus Instit. gram. XVII c. 17 n. 108 (ed. M. Hertz
 II 165,15-16): Possessiva tamen, quia duas continent personas, id est posses-
 soris et possessionis. Eberhardus Bethuniensis Graecismus (ed. Wrobel c. XIV,
 46.): Nam persona duplex possessivus reperitur.

personam possessoris importat, quia ipsam per se solum significat et hoc per modum adiacentis possessioni sive rei possessae indeterminate et infinite.

98. Nota etiam quod sicut pronomina demonstrativa et relativa per diversos gradus praesentiae et absentiae variantur, sic primitiva pronomina nec non derivativa per eosdem gradus praesentiae et absentiae possunt variari. Nam variato modo significandi priori modos significandi posteriores necesse est variari. Sed stante priori possunt posteriores variari ut dictum est.

CAPUT XXXIII

De subdivisione pronominis primitivi et derivativi.

99. Dicto de modis significandi qui sunt demonstratio et relatio nec non de primitivo et derivativo ulterius sub his specialiter descendamus. Iuxta quod notandum quod primitivum et principale idem sunt. Nam ista pronomina *ego*, *tu* et *sui* primitiva et principalia sunt, et hoc totum habetur pro eodem. ||
Sed ipsa dicuntur primitiva, quia intelliguntur aliquid esse in se, id est sub priori modo ut dictum est. Dicuntur autem principalia pro tanto quia maiorem certitudinem quam alia pronomina repraesentant, vel quia omnia alia pronomina principiantur ab his, id est nascuntur sive derivantur. Nullam enim alia principalitatem habent, et ideo principalia nuncupantur.

100. Item modus significandi qui facit pronomen derivativum dividitur in modum significandi qui facit pronomen possessivum et in modum significandi qui facit pronomen gentile.

1 significat] Quia quando aliqua duo aliquid in se implicat, ita quod unum determinate et aliud indeterminate, potius dicitur significare illud quod determinate in se implicat quam illud quod indeterminate. Sed pronomen possessivum vel derivativum sic se habent. Ergo et cetera *add.* R. 2 possessioni] possessivi UWS₁TN possessionis V₁ES₃ possessive BRM₂L possidendi M₁ personae possessoris S₂. 5-7 sic—variari] *om.* M₂L. 9 sed—variari] *om.* UV₃N.

14 ulterius] ultimo UV₃. 18 in] intra S₃F. 21 repraesentant] et est ipsa praesentialitas quam habent *add.* FM₂L. 22 nullam] nulla TR ulla N in illa V₁ES₃. 25-26 qui—significandi] *om.* S₁. 25 possessivum] possidentis S₂ gentile M₂L.

Modus significandi qui facit pronomen possessivum est modus significandi per modum adiacentis alteri possidendo ipsum. Hic autem modus est qui facit pronomen possessivum. Hunc enim habent omnia pronomina possessiva ut *meus, tuus* et cetera.

5 101. Modus autem significandi qui facit pronomen gentile est modus significandi per modum denominantis gentem ut *nostras* et *vestras*. Et notandum quod ista gentilia significant uniuscuiusque praedicamenti rem per modum denominantis gentem. Et credo quod sicut bene dicitur *nostras* et *vestras*,
 10 ita bene dicitur *meas* et *tuas*. Ista autem de modis significandi pronominis dicta sufficiant. Patet ergo quod pronomen habet demonstrationem et relationem tamquam modos significandi immediatiores, et quod demonstratio et relatio dividuntur in primitivum et derivativum, in gentile et possessivum.

15 102. Et est sciendum quod sicut accipiuntur accidentia nominis, scilicet genus et casus et cetera, eodem modo accipiuntur accidentia pronominis. Nam idem sunt quasi modi significandi accidentales in pronomine sicut in nomine.

CAPUT XXXIV

20 *Quaedam notanda de pronomine.*

103. His habitis quaedam sunt consequenter notanda. Quorum primum est, quid sit significatum speciale pronominis. Et est significatum speciale pronominis ens generale omnibus decem praedicamentis. Nam significatum pronominis convenit tam
 25 accidentibus quam substantiae.

2 possidendo ipsum] per modum denominantis possessionem simpliciter V₂.
 8 praedicamenti] praesentis A praedicati S₂ primitivi NV₂ seu praedicati *add.* V₂.
 15 nominis] a parte vocis S₃.

24 praedicamentis] et est etiam generale ad omnia quae sunt extra praedicamenta ut caecitas, privatio, affirmatio *add.* V₁. 25 substantiae] quae substantiae et accidentia sunt in praedicamentis *add.* V₁ et ideo convenit entibus quae sunt extra animam et eis quae sunt secundum animam *add.* V₂.

104. Secundo notandum quod quidam dicunt quod demonstratio et relatio accidunt pronomini. Hoc non intelligo aliter nisi quod sunt modi significandi posteriores respectu primi.

105. Tertio est notandum quod cum quaeritur, utrum aliquid
 5 pronomen sit substantivum, aliquid adiectivum, ad hoc dixerunt antiqui quod omne quod supponit, ratione qualitatis supponit, et quod quaedam pronomina sunt substantiva ut pronomina principalia, et hoc ratione qualitatis quam acquirunt per demonstrationem et relationem. Et dixerunt etiam quod quaedam sunt
 10 pronomina adiectiva ut pronomina derivativa, quia tantum significant per modum adiacentis alteri, et tamen dixerunt quod ipsa sunt adiectiva voce, substantiva vero significatione.

106. Licet illud dictum sit ab antiquis, tamen ego dico quod sicut nomen commune dividitur per se per adiectivum et sub-
 15 stantivum, sic pronomen dividitur per se per adiectivum et substantivum. Eodem modo intelligo adiectivum et substantivum esse in pronomine sicut in nomine. Unde per adiectivum modum adiacentis alteri sive ut esse in altero, per substantivum autem modum per se stantis intelligo. Dico ergo quod pronomina pos-
 279 rb sunt esse substantiva || ut pronomina principalia, scilicet *ego*, *tu*, *sui*. Non tamen dico ea esse substantiva propter qualitatem aliquam quam acquirunt per demonstrationem et relationem. Unde substantiva sunt sine qualitate, qualitate tamen non indigent. Cuius ratio est: nam ratio efficientis et ratio substantis
 25 differunt et diversae sunt, quia ratio efficientis est per qualitatem, nam a qualitate accipitur; ratio autem substantis est per materiam, nam a parte materiae accipitur. Sed id quod est substantivum, tantum per rationem substantis est et non per rationem efficientis. Ergo pronomen potest esse substantivum
 30 praeter hoc quod significat qualitatem.

6 antiqui] aliqui V₁BTM₂L quidam V₃US₃N quidam grammatici AV₂. 13 dico] credo V₃EBV₂ dico *add.* B. 15 sic—substantivum] *om.* V₁US₁TRV₂. 21 qualitatem] accidentalem *add.* V₁M₂L. 24-25 efficientis—ratio] *om.* S₁BTN. 24 efficientis] officientis E. 27 materiam] naturam V₁.

1-2 Priscianus, Instit. gram. XIII c. 6 n. 32 (ed. M. Hertz II 21,11). 4 Ad totam quaestionem cf. Thomas S. theol. III q. 2 a. 2.

107. Praeterea sicut casus in nomine non causat alium modum significandi nisi casum nec aliquod aliud accidens, eodem modo demonstratio et ratio non causant aliquem alium modum significandi in pronomine.

5 108. Item nullus modus significandi potest esse in aliqua parte orationis qui repugnat modo significandi essentiali generali eiusdem partis. Sed modus qualitatis in pronomine si acquireretur per demonstrationem et relationem, repugnaret modo significandi essentiali generali pronominis ut per se patet, quia prono-
 10 men significat per modum substantiae merae id est sine qualitate. Quare pronomina possunt esse substantiva praeter hoc quod significant qualitatem. Quare patet quod antiqui male dixerunt. Nam pronomina demonstrativa nullam qualitatem significant, nisi pro tanto quod modi significandi qui sunt demonstratio et
 15 relatio certum repraesentant suppositum sub qualitatibus re-
 praesentant qualitates reales quae oculis conspici possunt.

109. Et non potest probari quod *ego*, *tu* et *sui* substan-
 20 tiva sunt nisi per usum auctorum, vel quia certissimam demon-
 strationem et relationem important, quia maximam praesentiali-
 tatem demonstrant haec pronomina *ego* et *tu*. Sed si ponantur
 sub secundo actu, per reciprocationem in se faciunt maximam
 certitudinem ut hoc pronomen *sui*.

110. Et notandum quod hoc quod est *sui* non potest sub-
 25 stare actui. Et hoc non est ex natura sui, sed quia non habet
 nominativum. Nihilominus tamen hoc quod est *sui* substan-
 tivum est, quia ipsum potest per se et sine omni addito terminare
 actum.

3 non] *om.* EB. 4 pronomine] quia nullus modus significandi causat alium, quia intellectus causat omnes modos significandi immediate *add.* R. 19 auctorum] antiquorum S₂ sive antiquorum *add.* V₂. 24 substare] subsistere W substantiare T substantivare V₂ stare sub primo M₂L. 25 actui] actu V₂M₂L.

16-17 Priscianus Instit. gram. XVII c. 10 n. 64 (ed. M. Hertz II 146,15-18).

111. Si autem obicias de relativo quod potest substare actui ut *Petrus currit et iste disputat*, ergo huiusmodi relativa substantiva sunt: ad hoc dicendum quod relativum bene potest substare actui secundo, quia hoc est eius natura. Hoc tamen non est per se, sed per iterationem sui antecedentis ut *Petrus currit et iste Petrus disputat*. Unde dico quod omnia pronomina alia a tribus principalibus quae sunt *ego, tu, sui* adiectiva sunt ut *ille, ipse, iste* et cetera. Cuius probatio est: omnia illa quae possunt adiacere alteri sine omni vitio grammaticae, illa sunt adiectiva. Sed omnia pronomina alia a tribus principalibus sunt huiusmodi. Ergo ista pronomina sunt adiectiva. Probatio minoris, quia bene dicitur *hic Martinus, hic homo* et sic de singulis sine omni vitio grammaticae. Patet ergo quid sit significatum speciale pronominis, et quod demonstratio et relatio non sunt accidentia || pronominis nisi in quantum sunt modi posteriores; et patet etiam quae pronomina sunt substantiva et quae adiectiva. Et haec de pronominibus quantum ad eorum modos significandi dicta sufficiant.

CAPUT XXXV

20

De modo compositionis in verbo.

112. Verbum significat per modum fieri distantis a substantia. In hoc modo significandi modus fieri est materialis, modus vero distantis est formalis, sicut in nomine modus habitus et quietis est materialis et modus determinatae apprehensionis est formalis. Huic autem modo significandi essentiali generali iungitur alter modus significandi immediatior qui dicitur compositio, et ille complectitur ab omni verbo. Et est compositio modus significandi sive intelligendi uniens extremum distans cum altero extremo. Nam cum in qualibet oratione perfecta sunt duo extrema

2-3 ergo—sunt] *om.* V₁UF. 5 iterationem] reiterationem W virtutem V₃ interiectionem E interrogationem A terminationem rei M₁ interpositionem sive reiterationem S₃ reciprocationem V₂. antecedentis] accidentis E. 6 iste] idem E. 9 alteri] aliis S₂ alii FNM₂. 12 hic Martinus] ille Petrus currit F. 14-15 et—pronominis] *om.* E. 15 posteriores] respectu primi *add.* M₂L.

21 modum] fluxus et *add.* N. 26 immediatior] immediate F aliis modis significandi accidentalibus *add.* M₂L. 28 distans] instans F. extremo] distante *add.* S₃V₂. 29 oratione] dictione U constructione W.

ut subiectum et praedicatum, oportet quod ibi sit aliquod uniens ipsa, et hoc est compositio quae est modus significandi uniens extrema.

113. Et si quaeras quare nomen non habeat compositionem, ⁵ dicendum quod nomen prius est verbo et prius in quantum prius non habet distantiam, cum adhuc non sit alterum extremum. Unde modus significandi qui est compositio sumitur a modo formali in verbo qui est distantia. Distantiam autem non intelligo nisi in extremis, eo quod verbum non potest incidere in ¹⁰ idem extremum cum supposito.

CAPUT XXXVI

De verbo substantivo, vocativo et adiectivo.

114. Item modus fieri cum distantia aut est per modum generalis aut per modum specialis. Si est per modum generalis, hoc ¹⁵ est dupliciter: aut est respectu essentiae cuiuslibet praedicamenti ut per ipsum specificetur, et sic est verbum substantivum, quia verbum substantivum significat esse generale specificabile per essentiam rei cuiuslibet praedicamenti; aut etiam modus fieri cum distantia est generalis respectu propriae nominationis, et ²⁰ sic est verbum vocativum ut *vocor*, *dicor*, *nuncupor*, *appellor*, *nominor*.

115. Si autem est per modum specialis, sic sunt verba adiectiva, quia verba adiectiva significant aliquod speciale, scilicet actionem vel passionem et cetera, prout ipsa tamen sunt ad-

1 sit] medium *add.* E. 3 extrema] i.e. suppositum et appositum *add. sup. lin.* W. 4 non] *om.* S₁. 6 distantiam] instantiam F. 10 supposito] et hoc secundum situm *add.* A.

15 essentiae] esse F. praedicamenti] praedicati UWS₁ETS₂S₃N. 18 praedicamenti] praedicati US₂.

17 sq. Eberhardus Bethuniensis Graecismus (ed. Wrobel c. XXVI, 111-116): Ars substantiva tria fert tantummodo verba: Sum, simul existo, fio; nil amplius addo. Sisto vel consto, sto persisto quasi substant. Quinque vocativa dicas tantummodo verba: Nominor, appellor et nuncupor, et vocor, dicor. Ast adiectiva dicas fore cetera verba.

iacentia alteri et hoc cum distantia. Nam haec distantia generaliter inest omni verbo. Et ita patet qui modi significandi faciunt verba substantiva, vocativa et adiectiva.

CAPUT XXXVII

5 *De verbo activo, passivo, neutro, communi nec non deponente.*

116. His habitis descendendum est ad modos posteriores, et est notandum quod modus fieri specialis qui facit verbum adiectivum subdividitur. Nam ille modus fieri cum distantia aut est consignificativus cum actione aut cum passione aut cum
10 neutro. Si primo modo, scilicet cum actione, sic est verbum activum et hoc dupliciter, vel per respectum ad substantiam ut in qua, et sic est verbum activum personale; vel per respectum ad substantiam ut a qua, et sic est verbum activum impersonale.

117. Si autem modus fieri cum distantia sit consignificativus
15 cum passione et hoc prout est in passo, sic est verbum passivum.

118. Si autem modus fieri cum distantia sit talis quod se habeat per indifferentiam ad actionem et passionem sive etiam quod se habeat per abnegationem utriusque, sic est verbum neutrum.

279 vb 119. Si || autem modus fieri cum distantia significat et ac-
20 tionem et passionem simul sive significativus sit simul cum actione et passione, et hoc ut aequaliter est in agente et in passo, sic est verbum commune quod significat aequivoce actionem et passionem.

120. Si vero modus fieri cum distantia sit talis quod deponit
25 passionem remanente actione solum, ut in hoc verbo *loquor*, vel deponit actionem solum remanente passione, ut in hoc verbo *nascor*, sic est verbum deponens. Unde, quantum ego intelligo, verbum deponens non differt ab activo et passivo nisi penes ter-

12 personale] ut lego *add.* T. 13 impersonale] ut legitur *add.* T. 20-21 simul—passione] *om.* EB. 22 verbum commune] dicendum M₂. 25 loquor] loquitur V₃ vel deprecor *add.* S₂V₂. 27 nascor] orior et similia *add.* N. 28 et passivo] *om.* V₁UV₃ passione S₂S₃M₂.

minationes vocales hinc et inde. Unde modus intelligendi actionem et hoc ut est in agente, facit verbum activum personale, vel ab agente, facit verbum activum impersonale. Modus autem intelligendi passionem ut in passo facit verbum passivum. Modus autem intelligendi actionem et passionem indifferenter vel modus intelligendi rem per abnegationem utriusque facit verbum neutrum. Modus autem intelligendi rem ut est aequaliter in agente et in passo, facit verbum commune. Modus autem intelligendi actionem ut in agente, ita quod omnino deponit passionem, vel modus intelligendi passionem ut in passo, ita quod omnino deponit actionem, facit verbum deponens.

Et intellige quod genus in verbo variatur penes hos modos significandi, scilicet penes modum significandi qui facit actionem et passionem et cetera. Unde modus significandi qui facit genus in verbo simpliciter est modus intelligendi rem sub actione vel passione vel utroque vel neutro. Et hoc potest esse sicut visum est.

CAPUT XXXVIII

De genere verbi secundum opinionem Petri Heliae.

121. Est autem notandum quod antiqui dixerunt genus in verbo esse significationem accidentalem et penes ipsam distinxerunt genus in verbo, quod patet etiam per Petrum Heliae qui diffinit genus in verbo per significationem accidentalem, dicens quod genus est significatio accidentalis cum terminatione vocali. Unde dixerunt quod proprietas terminandi in »-o« cum significatione accidentali, et hoc prout comparatur ad substantiam agentem, facit genus activum. Proprietas autem terminandi in »-r« cum significatione accidentali, prout comparatur ad substan-

3 agente] negante V₃. 5-6 actionem—intelligendi] *om.* M₁. 7-8 modus—commune] *om.* WA. 16 esse] dupliciter *add.* E.

20 antiqui] aliqui V₁US₂ quidam V₃ sicut quidam E. 22 Heliae] Heliam AV₂. 25 dixerunt] antiqui *add.* AM₁F. 28 »-r«] »re« A »or« V₃WBS₂RV₂M₂L.

20-21 Priscianus Instit. gram. VIII c. 2 n. 7 (ed. M. Hertz I 373,10 sq.). 22-24 Petrus Heliae (Vincentius Bellovacensis Speculum doctrinale, Duaci 1624, II 113 sq.).

tiam passivam, facit genus passivum; et sic similiter dixerunt de aliis modis qui faciunt genus neutrum et commune et cetera.

122. Sed ego credo sicut dictum est: per significationem accidentalem non intelligo aliud quam modum transeundi in aliud
 5 et hoc solum in accusativum a parte post. Et dico quod haec significatio accidentalis competit omni ei quod significat per modum fieri, habenti naturam transeundi in accusativum a parte post. Et quia participium ita bene significat per modum fieri sicut verbum et habet naturam transeundi in aliud, ideo parti-
 280 ra cipio ita bene competit || haec significatio accidentalis sicut verbo, et nulli alii ab istis, scilicet verbo et participio, competit haec significatio accidentalis.

123. Cuius ratio est, quia nulla pars orationis a verbo et participio potest habere accusativum a parte post, nisi hoc fiat
 15 figurative ut *albus pedem* vel *albus colorem* et huiusmodi. Unde significatio accidentalis est modus transeundi in aliud et hoc solum in accusativum. Nam licet quaedam verba transeant in genitivum, quaedam in dativum, quaedam in ablativum, hoc non est ex vi significationis accidentalis, sed ex vi alicuius alterius
 20 ut ex vi relationis vel ex vi acquisitionis et sic de aliis. Haec enim constructio competit tam nomini quam pronomini, et tam adverbio quam verbo et participio.

124. Et notandum quod ipsa dicitur significatio pro tanto quia valde affinis est significato speciali, et dicitur accidentalis pro
 25 tanto quia non est essentialis; quia si esset essentialis, iam competeret omni verbo, sed iam non competit omni verbo, sed solum his quae habent naturam transeundi in accusativum a parte post.

5 in accusativum] *om. E.* 9 naturam] motum ETR. 12 significatio] relatio S₃ ratio F. significatio accidentalis] regere accusativum a parte post V₁. 13 a verbo et participio] participio excluso B *om. E.* 14 habere] regere UV₃N. fiat] faciat V₁UV₃. 15 albus pedem] Aethiops est albus dentes M₂L. pedem] dentem WAS₃F. 16 unde] tantum S₁T sic patet quod tantum R. 18 genitivum] ut penitet *add. W.* 19 alterius] actus *add. WAS₃ rei add. V₂.* 22 participio] Nam per idem principium [participium U] cum talibus casibus constructur. Unde [alia autem M₁] significatio accidentalis verbo et participio solum competit *add. V₁UV₃M₁N.*

Non enim exigitur a verbo a parte ante nisi ab infinitivo qui quodammodo exigit accusativum a parte ante ex vi significationis accidentalis ut dicitur. Patet ergo quid sit significatio accidentalis.

5 125. Unde cum Petrus Heliae dicit quod genus est significatio
accidentalibus cum terminatione vocali, tunc ampliatur signifi-
catio accidentalis in illa descriptione ad omnem modum transeundi
10 in omnem personam a parte post et a parte ante cum
substantia indifferenter. Ego credo sicut dictum est quod signifi-
catio accidentalis est modus transeundi in aliud et hoc in accu-
sativum solum. Unde bene volo quod ipsa consequitur genus,
quia ipsa consequitur verbum ratione partis materialis, scilicet
modi fieri, non tamen convenit omni generi, sed istis de quibus
dictum est.

15 126. In praedicta descriptione modus activi et modus passivi
et cetera sub significatione accidentali comprehenduntur de qui-
bus visum est. Per terminationem vero vocalem quam ipse dicit,
non intelligo aliud facere nisi propter nostram distinctionem modi
actionis a modo passionis.

20

CAPUT XXXIX

De tempore verbi.

127. Habito de genere consequenter dicendum est de aliis
modis significandi accidentalibus et primo de tempore, postea
de modo et sic de aliis secundum ordinem. Primo ergo de tem-

1-3 Non—dicitur] *om.* V₁UV₃S₁EBTN. 3 dicitur] *me legere est verum add.* R. 6 accidentalibus] *om.* S₁B. ampliatur] applicatur WTA illa *add.* S₁EB. 7 in illa descriptione] *om.* M₁. descriptione] diffinitione NM₂L. 8 omnem] *om.* V₁. personam] alterum(?) V₁ rem partem E casum *add.* F. post] cum verbo substantivo *add.* V₂. 8-9 cum—indifferenter] *om.* M₂L. 9 substantia] subiecto WV₂. indifferenter] intellexit *add.* B se habeat *add.* N se habeat tam ad actionem quam ad passionem *add.* A. 16 sub] ex U cum V₁V₃S₁TS₂. 17 per] *om.* EB. 18 aliud facere] ad rationem U. facere] fieri W *om.* AM₂L. propter] ad E per V₂ praeter F *om.* V₁V₃AM₂. nostram] demonstrandum V₃ naturam A maximam S₂ manifestam R meram M₁ modi S₃ meam F *om.* M₂L.

pore est notandum quod sicut fieri in re consequitur tempus, ita modum fieri consequitur modus temporis, et sicut fieri commune est mutationi, et fluxui sive successioni, ita tempus et modus temporis ipsi instanti et ipsi continuo et fieri instanti et fieri
 5 continuo sunt communia. Et propter hoc dicunt quidam quod verbum non potest privari tempore, quia tempus est fieri essentialia et modo fieri modus temporis est essentialis ut ipsi dicunt. Sed hoc est falsum, nam verbum ita bene potest privari tempore sicut et persona et numero et aliis similiter modis posterioribus.
 10 Cuius ratio est: nam in posteriori intelligitur prius, sed non e converso, quare cum in priori non intelligatur posterius, omne posterius a priori absolvi potest per intellectum et sic significari. Et sic manifestum est quod verbum ita bene potest privari tempore sicut persona et aliis accidentibus. Unde tempus in verbo ||
 280 **rb** est modus intelligendi fieri sub instanti vel sub continuo tempore, et secundum hunc modum intelligendi variatur tempus per triplicem sui differentiam, scilicet praesens, praeteritum et futurum. Unde modus intelligendi rem sub instanti facit praesens tempus; modus autem intelligendi rem sive fieri sub tempore
 20 continuo facit praeteritum et futurum. Nam hoc potest esse dupliciter, vel per modum praeteriti et sic est praeteritum tempus, vel per modum futuri et sic est futurum tempus. Unde tempus accidit verbo, quod patet per Priscianum et Donatum, et consequitur verbum ratione partis materialis quae est modus
 25 fieri. Et notandum quod sicut in modo significandi essentiali generali verbi duo sunt quorum unum est materiale ut modus fieri, reliquum autem formale ut modus distantis, ita secundum

1-2 fieri—sicut] *om.* E. 2 modum] modus $V_1V_3BTS_2M_1NV_2L$. modus] modum $V_1V_3BTS_2M_1NV_2L$. 4 ipsi¹] tempori V_1UBTNV_2 ipso R *om.* E. ipsi²] tempori V_1UBNV_2 *om.* WT. 7 ut ipsi dicunt] *om.* S_1EBM_1 . 10-11 sed—posterius] *om.* E. 17 sui] *om.* $V_3WEM_1S_3N$. 19 rem] *om.* E verbi *add.* M_2L . sive] sub $V_1WS_2RS_3NV_2M_2L$. 22 vel—tempus] *om.* M_1 . 23 accidit] adiacet W. 26 generali] nominis duo sunt scilicet modus habitus et quietis et modus determinatae apprehensionis sic et in modo essentiali generali *add.* AM_1V_2 . 27 distantis] et sicut nomen habet alia et alia accidentia ratione illorum diversorum modorum essentialium qui eos consequuntur *add.* M_2L .

22-23 Priscianus Instit. gram. VIII c. 1 n. 2 (ed. M. Hertz I 369,16). — Donatus Ars gram. De verbo (ed. H. Keil 359,6).

hoc diversos modos posteriores habet verbum. Nam sicut tempus consequitur modum fieri, ita alia accidentia similiter consequuntur modum fieri vel modum distantis ut patebit.

CAPUT XL

De modo in verbo.

5

128. Viso de tempore dicendum est de modo. Iuxta quod notandum quod modus qui accidit verbo consequitur verbum ratione distantis, quia verbum est alterum extremum distans sicut dictum est et ad alterum extremum inclinatur. Cuius inclinationis qualitas est modus.

129. Et ut planius pateat, est notandum quod cum verbum imponitur ad significandum, tunc anima prius apprehendit actum de substantia, postea afficitur circa actum et per illum affectum inclinatur ad enuntiandum ipsum de substantia, et post hanc inclinationem enuntiat actum de substantia. Unde post apprehensionem actus de substantia prius natura est affectus animae respectu actus, ut sit enuntiabilis de substantia, quam inclinatio, quia per ipsum affectum causatur inclinatio ipsius animae ad enuntiandum actum de substantia. Per istam autem inclinationem indicat anima vel imperat et sic de aliis. Ipsa autem indicatio vel imperatio est modus, et ita est qualitas inclinationis. Unde modus consequitur modum distantis. Verbum enim alterum extremum distans est et inclinatur ad substantiam ut dictum est. Et quia hoc potest esse diversimode, ideo diversi sunt modi in verbo qui qualitates inclinationis sunt. Haec enim qualitas potest denominare talem inclinationem ut *hoc est hoc* vel *esse*

1 tempus] re prius F. 3 patebit] postea add. V₂M₂L postea magis in speciali add. W.

8 quia—distans] om. V₁W. 8-9 distans—extremum] om. N. 11 planius] plenius V₃EA melius M₁M₂. 13 afficitur] efficitur EM₂L perficitur N perficitur vel afficitur F. affectum] actum V₁ effectum EF affectionem M₂L anima add. WS₂. 14-15 et post—substantia] om. TA. 17 ut] et N prius add. E. sit] sic TN fit U dictum est B. enuntiabilis] enuntians V₂ om. V₁UV₃WS₁EB TFNL. quam inclinatio] ad quam inclinatur NV₂. 19 inclinationem] enuntiationem EB. 20 imperat] vel optat add. V₁. 25 qui] quasi S₁. 26 denominare] demonstrare V₁UV₃M₁ nominare E determinare A denotare NBF.

sub imperio vel sub voto vel sub coniunctione vel sub dubitatione, ideo plures sunt modi in verbo scilicet indicativus, imperativus et cetera. Unde dicitur quod modus est inclinatio animi
 280 va »varios eius affectus demonstrans«, non quod modus sit ipsa || in-
 5 clinatio, sed quod sit qualitas sive dispositio sive affectus ipsius inclinationis quod idem est. Unde cum dicitur quod modus est inclinatio, non est praedicatio formalis, sed materialis ut haec: *barbarismus est una pars orationis vitiosa*.

130. Est etiam notandum quod aliquid respondeat modo finito
 10 in verbo a parte suppositi, tempori autem de quo dictum est nihil respondet a parte suppositi. Cuius ratio est: nam tempus accidens absolutum est et non respectivum quemadmodum alia accidentia verbi. Nihilominus tamen debentur sibi quaedam determinationes determinate, cuiusmodi sunt adverbia temporis
 15 ex quorum modorum significandi inconformitate cum modo significandi temporis potest causari incongruitas ut *cucurrit cras*. Ibi enim est soloecismus ut hic *vir alba*.

131. De modo autem notandum quod antiqui dixerunt quod modo finito in verbo respondet casus rectus a parte suppositi.
 20 Hoc autem falsum est. Cuius ratio est: nam verbum impersonale quod finiti modi est requirit casum in supposito; sed planum est quod non casum rectum. Nota ergo quod modo finito

2 imperativus] optativus *add.* US₃. 3 animi] animae S₁M₂L. 4 affectus] indicans vel *add.* V₁WV₂ denominans sive *add.* R. 5-7 sed—inclinatio] *om.* S₁. 5 affectus] effectus S₂V₂. 6-8 Unde—vitiosa] *om.* S₃FN. 7-8 haec—vitiosa] dictum est M₂L. 9 etiam] autem EB. quod aliquid] quid WBTS₃XX₂V₂ licet *add.* M₁. 10 suppositi] simplici E subiecti M₂. 12 accidens] actus T ipsius *add.* L. 15 inconformitate] incongruitate S₁TS₂RV₂. 16 temporis] sive impropotionalitate *add.* V₁. cucurrit] heri A. cras] legam heri *add.* T. 17 alba] et sponsa meus *add.* R.

4 Priscianus Instit. gram. VIII c. 12 n. 63 (ed. M. Hertz I 421,17). 7 Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam V, De proprietatibus terminorum (ed. M. Grabmann 75,9-13): Est igitur suppositio quedam materialis, quedam formalis. Et dicitur materialis, quando ipsa dictio supponit vel pro ipsa voce absoluta vel pro ipsa dictione composita ex voce et significatione, ut si dicamus: homo est dissilabum, homo est nomen. 8 Donatus Ars gram. II 17 (ed. H. Keil 392,5).

in verbo a parte suppositi respondet casus simpliciter. Et ita patet quid sit modus in verbo et unde acceptus sit et quid sibi proportionabiliter respondeat a parte suppositi.

CAPUT XLI

5

De numero et persona in verbo.

132. His habitis dicendum est de numero et persona. Et est notandum quod verbum idem est cum supposito, idem pro tanto quia sibi conformatur in numero et persona. Ideo haec duo accidentia, scilicet numerus et persona accidunt verbo. Verbum enim
 10 vult conformari cum supposito in numero et in persona. Modus autem significandi qui facit numerum est modus significandi sive intelligendi rem per modum numerati sive prout est numerata. Et hoc dupliciter: vel per modum unius et sic est numerus singularis, vel per modum plurium et sic est numerus pluralis.
 15 Modus autem significandi qui facit personam in verbo, est modus intelligendi rem verbi prout attribuitur alteri secundum quod habet modum loquendi, et secundum hanc variam attributionem variatur verbum per varias personas scilicet per primam, secundam et tertiam. Nam cum verbum attribuitur rei de se loquenti,
 20 sic est primae personae. Sed quando attribuitur rei ad quam sermo dirigitur, sic est secundae personae. Quando autem attribuitur rei de qua fit sermo, sic est tertiae personae. Et nota quod verbum non quia attribuitur supposito habet personam, sed quia habet personam, attribuitur supposito sive rei habenti talem
 25 modum loquendi.

133. Est autem notandum ad hoc quod scias quid respondeat numero et personae in verbo a parte suppositi, quod non sufficienter numerus et persona sive congruitas in numero et persona ad constructionem intransitivam quae est suppositi cum appo-
 30 sito. Cuius ratio est: nam non bene dicitur *Socratem currit*.

8-9 Ideo—accidunt] *om.* F. 12 rem] *om.* S₂ verbi *add.* M₂L. 13-14 Et hoc—pluralis] *om.* F. 16 secundum] *om.* V₃WBTS₂RM₁S₃V₂M₂L. 17 modum] modus NV₂. 23-24 habet—supposito] *om.* E. 25 loquendi] Nota quod hoc est verum in oratione, extra orationem est e converso *add.* N. 27 quod] quia F. 28-29 sive—apposito] *om.* S₂RS₃ a parte suppositi F. 29 apposito] opposito V₃. 30 Socratem] Petro V₁.

Hic tamen est proportio in numero et persona utrobique et est incongrua ut per se patet. Ergo non sufficit ibi solum proportio in numero et persona. Unde modi significandi qui faciunt numerum et personam non sufficiunt, quamvis communiter dicatur
 5 quod nomen et verbum volunt conformari in numero et persona tantum.

134. Intellige ergo quod numero in apposito respondet numerus in supposito et personae in apposito respondet persona in
 280 vb supposito. || Nota etiam cum hoc quod verbum habet modum
 10 proportionalem casui recto sive nominativo. Nominativus enim dicit rem suam ut in quo est alterum. Ergo oportet quod verbum habeat sibi modum proportionalem. Iste autem non erit nisi modus essendi in altero. Ergo verbum habet modum proportionalem nominativo videlicet modum essendi in altero.

15 135. Et est intelligendum quod iste modus non accidit verbo, ita quod constituat aliquod accidens verbi positum inter accidentia verbi. Sed est sciendum quod iste modus habetur sufficienter per numerum et personam. Cuius probatio est: nam si tollis verbo hunc modum significandi qui est esse in altero, tu
 20 privas verbum numero et persona ut patet in verbo impersonali. Quare patet quod numerus et persona in supposito correspondent numero et personae in apposito, et modus significandi ut in quo est alterum respondet modo significandi ut esse in altero. Ergo conformitas in numero et persona requiritur ad constructionem
 25 suppositi cum apposito superadditis modis significandi, scilicet ut in quo est alterum et ut esse in altero.

CAPUT XLII

De coniugatione, specie et figura verbi.

136. His habitis dicendum est de aliis modis, scilicet de coniugatione, specie et figura. Iuxta quod notandum quod per con-

3 numero] numeris WS_2S_3 . 3-4 Unde—personam] *om.* M_2L . 4 communiter] convenienter V_3 alicuius W aliter S_2 *om.* V_1S_3 . 7-8 Intellige—in supposito] *om.* FN. 12 sibi] *om.* V_1UV_3N . 16-17 positum—verbi] *om.* V_3WERFN . 18 per] in M_2L . 20 verbum] ipsum V_1UV_3 . impersonali] personali S_2S_3 . 21 numerus et persona] casus informatus numero et persona FN.

30 per] *om.* EB.

iugationem non intelligo aliud quam modum intelligendi rem sive fieri secundum quod cadit sub diversis inflexionibus temporum, sicut declinatio in nomine est modus intelligendi rem ut cadit sub diversis inflexionibus casuum. Et ita modus qui facit con-
 5 iugationem est modus intelligendi rem sive fieri sub diversis inflexionibus temporum. Quod autem aliquid sit primae, aliquid secundae, aliquid tertiae coniugationis, hoc accidentale est, nam a parte vocis hoc attenditur.

137. De specie idem dico quod in nomine dicebatur et de figura
 10 similiter. Est autem notandum quod per formas verborum secundum quas aliquid dicitur perfectae formae vel meditativae vel frequentativae et cetera non intelligo aliud quam illud idem quod intelligo per speciem. Et haec de modis significandi verbi dicta sufficiant.

138. Notandum est etiam quod quemadmodum modus fieri
 15 dividebatur in modos posteriores, eodem modo verbum dividitur in specialia verba. Et sic patet quod verbum dividitur in verbum substantivum, vocativum et adiectivum. Item verbum adiectivum in verbum activum, passivum, neutrum, commune et de-
 20 ponens. Et haec de ipsis sufficiant.

CAPUT XLIII

Dubium de gerundio et supino.

139. Sed est praeterea notandum quod cum dubium sit de gerundio et supino sub qua parte orationis debeant contineri,

1 rem] verbalem *add.* V₂ verbi *add.* V₃M₂L. 2 quod] eadem res verbalis *add.* V₂. 4-5 casuum—inflexionibus] *om.* S₁. 7 tertiae] aliquid quartae *add.* V₂. 7-8 nam—attenditur] verbo unde verbum, quia omne quod est praeter modum significandi essentialem generalem ipsius verbi est sibi scilicet verbo accidentale in communi accepto et non verbum in quantum tale verbum et huius ratio est quia coniugatio accipitur a parte vocis et vox est per accidens de consideratione grammatici V₂. 16 verbum] similiter *add.* TM₁V₂M₂L simpliciter *add.* S₁F supra *add.* S₃.

24 gerundio] gerundivo S₁BS₂RS₃F. contineri] collocari V₁M₂L.

23 Donatus ponit gerundia esse verba: Donatus Ars gram. De verbo (ed. H. Keil 361,9), Priscianus nomina: Priscianus Instit. gram. VIII c. 9 n. 45 (ed. M. Hertz I 410,4).

quod gerundium et supinum non differunt substantialiter ab infinitivo, sed accidentaliter ut videlicet penes habitudinem casualem. Nam infinitivus non habet casum determinatum. Gerundium vero et supinum habent casus determinatos. Nam gerundium et
 5 supinum significant per modum fieri distantis a substantia sicut
 281 ra hoc quod dico || *lego* vel quodlibet aliud verbum et hoc cum casuali habitudine. Hoc enim est quod dicit Priscianus quod gerundium idem significat quod infinitivus cum articulo *toy*. Per hunc articulum intelligo determinatam habitudinem casua-
 10 lem. Nam infinitivo casus non repugnat.

140. Et si tu dicis quod casus est dispositio substantiae et propter hoc verbo casus non accidit, et quia gerundium et supinum habent casus, ideo non sunt verba: ad hoc dico quod casus non solum est dispositio substantiae, nam hoc falsum est, quia
 15 casus indifferens est ad modum substantiae et ad modum fieri. Cuius ratio est: nam casus nihil aliud est quam ratio principii vel ratio termini ut dictum est. Cuicumque ergo non repugnat ratio principii vel ratio termini, ei non repugnat casus. Sed verbum est huiusmodi. Ergo et cetera.

20 141. Nota etiam quod sicut infinitivus cum accusativo intransitive a parte ante construitur, eodem modo gerundium et supinum construuntur cum accusativo a parte ante et hoc intransitive et ex eadem vi.

1 substantialiter] essentialiter $V_1UV_3TS_2M_1N$ specialiter S_1 seu essentialiter *add.* B. 2 habitudinem] abitudinem E. 6 *lego*] lege V_2 . 7 habitudine] Unde infinitivus non habet habitudinem casualem et propter hoc non habet casum determinatum, gerundium et supinum habent casualem habitudinem *add.* V_2 . 8 articulo] finito *add.* W. 9 determinatam] articulatam S_2N . casualem] unde verbo in quantum verbum non repugnat casus *add.* V_2 . 11-14 et propter—substantiae] *om.* S_1TS_2N . 12 non accidit] repugnat V_1UV_3R non inest $WM_1S_3V_2M_2L$. 14 substantiae] ut quidam dicunt *add.* V_2 . 15 indifferens est] est proprietas substantiae, quae convenit omni substantiae et non soli, quia casus est in nominibus V_2 . 17-18 ut dictum—termini] *om.* E. 17-19 cuicumque—cetera] *om.* V_1S_2 . 18 ei] sibi W. 21 parte] post *add.* S_2 ante] post UA *om.* S_1 . 22 intransitive] transitive UA.

7-8 Priscianus Instit. gram. VIII c. 9 n. 44 (ed. M. Hertz I 409,5-11). XVIII c. 30 n. 294 (ed. M. Hertz II 366,9-12).

142. Quomodo autem gerundium a supino differat, notandum est quod gerundium dicitur quasi *gerens vim duorum*, scilicet actionis et passionis. Dicitur autem supinum quasi *resupinum* quia respicit supra se verbum a quo descendit sive a quo derivatur. Differunt etiam alio modo penes proprietatem casualem et hoc sic: casus est accidens respectivum quod habet tam gerundium quam supinum. Potest ergo casus respicere actum vel modum transeundi dupliciter. Nam casus potest esse terminus actus dupliciter vel ita quod sufficienter per se est terminus eius, et sic est supinum, nam hoc modo competit sibi casus; vel casus potest esse terminus actus ita quod non per se, sed mediante aliquo ut praepositione, et hoc modo est gerundium. Non enim bene dicitur *vado legendum*, sed *vado ad legendum*. Et secundum hoc patet quod gerundium et supinum sunt verba, et quomodo differunt ab infinitivo et a se invicem.

CAPUT XLIV

De adverbio in generali.

143. Adverbium significat per modum determinantis sive per modum adiacentis alteri quod significat per modum fieri. Et quia participium ita bene significat per modum fieri sicut et ipsum verbum, ex hoc est quod adverbium ita bene potest determinare participium sicut verbum. Licet dicatur quod adverbium sit vi verbi adiectivum, hoc tamen extendendum est ad omne id quod significat per modum fieri. Iste autem modus significandi, scilicet modus determinantis sive adiacentis alteri, essentialis est in adverbio, et ipsum consequuntur modi posteriores hi, scilicet significatio, comparatio et figura.

144. Est autem notandum quod Priscianus et Donatus non procedunt in modis significandi adverbii ponendo modos signifi-

3 resupinum] vel respectivum *add.* M₂L. 9 quod] per se sine adiutorio alieno sed immediate ut vado lectum *add.* R. 10 casus¹] ut vado lectum sine praepositione *add.* W.

22 verbum] et quia participium ita bene significat per modum fieri *add.* S₂. 25 essentialis] essentialissime S₁TR.

22 Priscianus Instit. gram. XVII c. 2 n. 21 (ed. M. Hertz II 121,3).

candi magis essentielles et minus essentielles distinguendo hos ab illis. Cuius ratio est, quia plures et magis diversae sunt proprietates nominis et verbi et aliarum partium declinabilium quam adverbii et aliarum partium indeclinabilium. Ideo modos signifi-
 281 rb ficandi adverbii sub || tribus, scilicet significatione, comparatione et figura, et non sub pluribus vel paucioribus <Priscianus> comprehendit. Cuius ratio est: nam omnes modi significandi posteriores modo significandi essentiali ad hos tres modos significandi possunt reduci.

10

CAPUT XLV

De significatione adverbii.

145. De his ergo prosequamur et primo de significatione, consequenter de aliis. Notandum ergo quod significatio adverbii maxime est essentialis adverbio, tamen significatio ponitur inter acci-
 15 dentia adverbii pro tanto quia omnes modi posteriores respectu primi sunt accidentales. Per significationem autem accidentalem adverbii intelligo quod significatio adverbii est specialis modus determinationis, ita quod est modus specialis adverbii et modus determinationis respectu fieri.

20 146. Et cum visum sit, quid sit illa significatio in generali, ipsam consequenter in suas species dividamus. Est autem notandum quod sicut adverbium dividitur in adverbia specialia, eodem modo modus significandi qui est significatio dividitur in multas species quae adverbia specialia constituunt. Dividamus ergo sic:
 25 cum adverbium ex sua inventione debeat determinare verbum, aut ergo determinat verbum ratione rei significatae aut ratione modorum significandi.

CAPUT XLVI

De adverbiiis quae verbum ratione rei significatae determinant.

30 147. Si ratione rei significatae: hoc potest esse multipliciter,

2 illis] sicut in nomine et in aliis partibus declinabilibus *add.* M₁. 3 et verbi] *om.* UV₃. 4 partium] orationis *add.* UV₃.

13 quod] *quavis add.* M₂L. 14 tamen] cum FN. 18-19 ita—determinationis] *om.* V₁V₃WEBS₂RM₁S₃FN. 25 inventionem] nominationem E natura A. 26 rationem] gratia V₃A.

vel quia adverbium exprimit circa actum determinationem qualificativam actus, et sic sunt adverbia qualitatis. Omnia enim adverbia qualitatis significant per modum qualificantis actum sive rem verbi.

5 148. Si vero exprimit determinationem verbi circa rem verbi secundum id quod requirit motus, sic sunt adverbia loci. Et hoc potest esse dupliciter: vel per modum continentis, et sic sunt adverbia responsiva locorum ut *hic, ibi* et cetera, vel per modum requirentis locum, et sic sunt adverbia interrogativa locorum. Et hoc potest esse quadrupliciter: vel per modum requirentis locum ut a quo, et sic est adverbium *unde*, vel locum sive terminum ad quem, et sic est adverbium *quo*, vel locum per quem, et sic est adverbium *qua*, vel secundum quod requirit locum in quo, et sic est adverbium *ubi*.

15 149. Si vero adverbia sunt talia quod exprimunt circa rem verbi modum quantitatis continuæ, sic sunt adverbia quantitatis. Omnia enim adverbia quantitatis significant per modum quantitatis continuæ.

20 150. Si vero adverbia sunt talia quod determinant rem verbi ratione alicuius actus ad utrumque se habentis, sic sunt adverbia eventus. Omnia enim adverbia eventus significant per modum determinationis alicuius actus qui est ad utrumque.

25 151. Et breviter de omnibus adverbiiis quoad suos modos significandi facile est determinare, quia adverbia specialia idem habent pro significato et pro modo significandi speciali. Nam significatio adverbii affinis est significato speciali quemadmodum
281 va significatio || accidentalis verbi ut dicebatur affinis est significato speciali.

1 qualificativam] qualificantem V_1NV_3 qualificatam $V_3WES_2S_3$ qualificabilem B om. A. 3 qualificantis] qualitatis $V_3S_1S_2V_2M_2$. 5 verbi²] secundum locum vel add. E. 7 continentis] contentis US_1EM_2L respondentis S_2 locum add. M_2L . 16 modum] motum $UWBARM_2$. 21 omnia—eventus²] quæ M_2L . 22 utrumque] scilicet affirmationem et negationem add. V_2 ut si dicam forte veniet Socrates add. S_3 . 24 facile] faciliter WM_1 breviter A. specialia] quasi add. V_1M_2L . 26 adverbii] valde add. WS_2RM_1 .

CAPUT XLVII

De adverbis quae verbum ratione modorum significandi determinant.

152. De adverbis tamen quae verbum ratione modorum signi-
 5 ficandi determinant est dicendum. Iuxta quod notandum quod
 nullum adverbium speciale est quod determinat verbum ratione
 sui modi significandi essentialis generalis tantum, sed ratione
 modorum significandi posteriorum. Cuius ratio est, quia essen-
 tiale est adverbio hoc, scilicet quod omne adverbium determinat
 10 omne verbum, quia modus significandi essentialis generalis verbi
 est ad omnia verba, et modus significandi adverbii essentialis
 generalis est omnibus adverbis. Ideo et cetera.

153. Primo ergo notandum quod quaedam adverbia determi-
 nant verbum ratione sui modi significandi qui est compositio.
 15 Et hoc tripliciter: vel quia exprimunt modum secundum quem
 actus est inhaerens, id est exprimunt inhaerentiam praedicati ad
 subiectum, et hoc modo sunt adverbia illa: *possibiliter, impossi-*
biliter, contingenter, necessario, vero, falso. Ista enim sex ad-
 verbia determinant specialiter verbum ratione compositionis.
 20 Item secundo modo adverbia determinant verbum exprimendo
 modum affirmationis circa compositionem, et sic sunt adverbia
 affirmandi. Omnia enim adverbia affirmandi significant per mo-
 dum affirmationis circa compositionem verbi. Tertio modo deter-
 minant adverbia verbum ratione compositionis exprimendo mo-

6 nullum] verbum T. 10 omne] *om.* BTS₃NM₂L. quia] sed WBM₁S₃NV₂F.
 10-11 significandi—modus] *om.* WT. 11 ad omnia verba] adverbii V₁E. omnia] *om.* U. 11-12 est ad—adverbis] *om.* S₁S₃. ad omnia—est] *om.* R.
 16 actus] affectus E. inhaerens] subiecto *add.* AS₂V₂ substantiae *add.* R.
 20-4 (p. 70) exprimendo—verbum] *om.* S₁. 21 affirmationis] affectionis US₂NV₂
 affectuum V₃. 22-23 Omnia—verbi] *om.* UV₃S₂NM₂L. 24 compositionis] ratione
 deassertionis *add.* U.

17 sq. Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam I, De propositione
 (ed. M. Grabmann 40,36 sq.; 41,22 sq.). — Petrus Hispanus Summulae logicales,
 tract. I 1.28 (ed. Bocheński [10]: Item adverbiorum quaedam determinant
 verbum *ratione compositionis* ut haec sex: «necessario, contingenter, possibili-
 ter, impossibiliter, vere, false», alia determinant verbum *ratione temporis*, ut
 adverbia temporalia, alia *ratione modi*, ut adverbia optandi et hortandi et sic
 de aliis.

dum negationis circa compositionem, et hoc modo sunt adverbia negandi. Nam omnia adverbia negandi significant per modum negationis.

154. Item adverbia determinant verbum ratione modi et hoc
5 vel ratione indicativi vel imperativi vel optativi et sic de aliis. Si adverbia determinant indicativum modum, sic sunt adverbia eligendi, congregandi et cetera. Si imperativum determinant, sic sunt adverbia hortandi. Ipsa enim imperativum semper determinant iuxta illud:

10 »Imperat, hortatur, permittit, consulit, orat,
praedicat et temptat, signat modus iste secundus.«

155. Si autem determinant optativum modum, sic sunt ad-
verbia optandi. Omnia enim adverbia optandi significant per
modum determinationis voti. Et quia optativus significat per
15 modum voti, ideo patet quod adverbia optandi optativum mo-
dum determinant. Si autem adverbia determinant coniunctivum
modum, sic sunt adverbia dubitandi vel interrogandi. Item ad-
verbia quaedam determinant verbum ratione temporis, et sic
sunt adverbia temporalia. Item adverbia determinant verbum
20 ratione numeri, et sic sunt adverbia numeralia. Item adverbia
quaedam determinant verbum ratione personae, et sic sunt ad-

1 negationis] denegationis V₁ destructionis V₃ deassertionis N. 3 negationis] deassertionis U destructionis V₃ denegationis WF abnegationis N. 5 vel²—optativi] *om.* WS₁. optativi] vel conjunctivi *add.* V₁. 8 hortandi] ortandi V₁UV₃NV₂. 10 hortatur] ortatur V₁UV₃AFNV₂. permittit] *om.* V₃. 10-11 permittit—secundus] et cetera S₁RS₃M₂L. 10 orat] horat EN. 11 praedicat] prodit U. praedicat—secundus] et cetera F. et] *om.* UV₃. temptat] tractat U. praedicat—secundus] temptat et applaudit, solet irridere prophetat WE et applaudit indignaturque prophetat M₁. secundus] serviens V₂. 14 voti] votum V₁W voces E. 14-15 Et quia—voti] *om.* S₁A. 15 voti] vocem E. 16 coniunctivum] subiectivum V₃N. 19 temporalia] ut hodie et similia *add.* N. determinant verbum] *om.* UV₃.

10-11 Grammatica Petri Heliae utilissima veri Prisciani imitatoris. (Argentorati 1499) Tractatus VII. De modis verborum. Pag. CCLVIII: Imperat, hortatur et consulit, orat ut hoc fac, Eya age, rumpe moras: tua vende, deus miserere. (Cf. M. Manitius, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters. III, 186 f.).

verbia personalia. Haec autem de adverbis dicta sufficiant quia modi significandi adverbiorum specialium quasi idem sunt cum significatis eorum specialibus, ideo in his non oportet multum morari, quia modi ipsorum per significata specialia manifesti
5 sunt.

CAPUT XLVIII

De participio in generali.

156. Participium significat per modum fieri indistantis. Et intelligo hanc indistantiam ut dictum est, scilicet quod partici-
10 pium immediate construitur cum nomine id est cadit in unum extremum cum ipso. Et notandum antequam ulterius procedamus quod participium inventum est, quia modus fieri significatur per verbum ut distans est ab altero extremo, et quia duo verba
281 vb sibi invicem convenientiam non poterant praestare, || ideo in-
15 ventum est participium, ut modus fieri cum altero extremo indistanter significaretur, et ut etiam duo actus sine coniunctione intermedia sibi invicem praestarent convenientiam.

157. Et nota quod non intelligo participium inventum esse propter verbum. Cuius ratio est: nam quidquid contingit intelli-
20 gere, contingit et significare. Hoc enim est principium in grammatica. Sed aliquid per modum fieri ut indistantis ab altero extremo contingit intelligere. Ergo et significare, et hoc non contingit nisi per participium. Quare et cetera.

158. Praeterea omnis ille modus significandi potest significari
25 per dictionem, cuius principium activum sufficiens est intellectus et principium passivum res significata per dictionem. Ergo modus

1 personalia] ut mecum et cetera *add.* N. 4 morari] commorari R immorari BS₂M₁S₃M₂ ymorari L. per] ad UV₃.

8 indistantis] vel uniti quod idem est *add.* U. 9 participium] necessario *add.* S₂. 10 construitur] concurrat V₃. cadit] concidit UV₃S₁TS₃V₂ cedit WBFNM₁ cedens est S₂R. 14 invicem] congruam *add.* U. 16 coniunctione] constructione E communicatione B. 20 principium] participium V₃ETF. 24 significari] consignificari WTS₂RNV₂ considerari E assignari M₁ significare S₃ designare L. 25 principium] participium V₃V₂. 26 dictionem] et vocem *add.* V₁ sive vocem *add.* R vel per vocem *add.* S₂V₂.

fieri potest significari ut indistans, sed non nisi per participium. Ergo participium significat per modum fieri indistantis et propter hoc inventum est et non propter aliud ut videlicet verbum. Et sic patet quod significat per modum fieri indistantis. Sub hoc
5 ergo modo essentiali generali descendamus.

CAPUT II

De modis specialibus participii.

159. Iuxta quod notandum quod quidquid consequitur verbum ratione partis materialis, scilicet ratione modi fieri, omne id con-
10 sequitur participium ratione eiusdem, quia modus fieri ita bene competit participio sicut verbo ut visum est. Et quia significatio accidentalis et tempus et huiusmodi consequuntur verbum ratione modi fieri, et cum participio competat modus fieri, ideo et ista omnia ita bene participium sicut et verbum consequuntur.
15 Sed quia compositio, modus et huiusmodi consequuntur verbum ratione partis formalis, scilicet ratione distantiae, et cum participium illa distantia sit privatum, ex hoc est quod huiusmodi accidentia participium non consequuntur.

160. Sed est notandum quod quemadmodum contingit modus
20 fieri distantis per modum generalis sive per modum copulae significari, eodem modo modus fieri indistantis contingit per modum copulae significari; et sicut modus fieri distantis consignificatur per modum specialis, eodem modo et modus fieri indistantis consignificatur per modum specialis.

25 161. Dividamus ergo sic modum fieri indistantis, sicut dividatur modus fieri distantis: modus ergo fieri indistantis est per modum fieri generalis aut per modum fieri specialis. Si per modum fieri generalis sive per modum copulae, hoc est dupliciter: vel per modum esse generalis copulantis rem cuiuslibet praedica-
30 menti, et sic sunt participia descendencia a verbis substantivis; vel per modum copulantis propriam nominationem, et sic sunt

1 significari] consignificari R considerari E significare V₃ per dictionem *add.* V₃.

23-5 (p. 73) per modum—consignificatur] *om.* U. 23 consignificatur] significatur V₁V₃WS₂S₃V₂ significat S₁AM₁.

participia descendencia a verbis vocativis. Si vero modus fieri indistantis consignificatur per modum specialis, hoc modo sunt participia descendencia a verbis adiectivis.

162. Item nota quod sicut modus fieri distantis per modum
 5 specialis consignificatur actione vel passione et cetera, sic et
 modus indistantis. Modus ergo significandi fieri indistantis aut
 282 ra est consignificativus || actione vel passione et cetera. Si cum
 actione, sic sunt participia descendencia a verbis activis. Si cum
 passione, sic sunt participia descendencia a verbis passivis. Si
 10 cum neutro modo, ita quod per abnegationem utriusque vel per
 indifferentiam ad utrumque, hoc modo sunt participia descen-
 dentia a verbis neutris. Si autem modus fieri indistantis sit con-
 significativus actione et passione, sic sunt participia descendencia
 a verbis communibus. Si vero sit consignificativus actione tan-
 15 tum vel passione tantum, sic sunt participia descendencia a verbis
 deponentibus quae in nullo ut videtur differunt a verbis activis
 et passivis nisi penes terminationes vocales hinc et inde. Et sic
 patent modi significandi participiorum descendencium a verbis
 activis, passivis et cetera.

20 163. Unde participia descendencia a verbis activis significant
 per modum actionis ut unita sunt per intransitionem cum sub-
 stantia agente. Participia descendencia a verbis passivis signifi-
 cant per modum passionis ut unita sunt cum substantia passiva.
 Participia autem quae descendunt a verbis neutris significant per
 25 modum indeterminati ad actionem vel passionem prout unita
 sunt cum substantia indifferenter. Participia autem descendencia
 a verbis communibus significant per modum actionis et passionis
 et hoc aequivoce sicut dictum est. Participia descendencia a ver-
 bis deponentibus significant per modum actionis tantum vel pas-
 30 sionis tantum et hoc ut unita sunt per intransitionem cum sub-
 stantia agente vel passiva.

2 consignificatur] significatur S₁EBRM₁S₃. 6 indistantis] in participio *add.* S₂.
 13 passione] simul *add.* S₂RM₁V₂L. 16 activis et] *om.* WS₁E. 20 activis]
 adiectivis S₁ et passivis *add.* T. 21 actionis] passionis S₁. 22 significant]
 intransitionem *add.* M₂L. 23 passionis] intransitionis F significat intransitio-
 nem *add.* W per intransitionem *add.* S₂RM₁NV₂.

CAPUT L

De modis accidentalibus participii.

164. His habitis dicendum est de modis posterioribus et primo de significatione accidentali. Iuxta quod notandum quod sicut
 5 modum fieri in verbo consequitur significatio accidentalis, eodem modo significatio accidentalis consequitur modum fieri in participio, quia quidquid competit verbo ratione fieri, illud etiam competit participio ratione eiusdem sicut in verbo dictum est. Per significationem accidentalem non intelligi aliud nisi sicut in
 10 verbo dictum est, scilicet quod significatio accidentalis est modus transeuntis in aliud ut in terminum extra, scilicet in accusativum casum solum a parte post. Et hoc modo significatio accidentalis solum competit participiis descendentibus a verbis habentibus naturam transeundi in accusativum a parte post. Unde signifi-
 15 catio accidentalis solum competit verbo et participio, quia ipsa solum habent naturam transeundi in accusativum a parte post. Nulla enim pars a verbo et participio construitur cum accusativo a parte post nisi figurative.

165. Antiqui tamen vocaverunt significationem accidentalem
 20 modum transeuntis in quemlibet casum et non solum in accusativum. Sed || hoc credo esse falsum. Nam sic significatio accidentalis competeret nomini et pronomini et adverbio quod falsum est. Ergo significatio accidentalis est modus transeuntis in accusativum solum a parte post et sic solum competit verbo et par-
 25 ticipio. Et dico quod participia quibus non competit significatio accidentalis sive modus transeuntis in accusativum loco huius significationis rationem absoluti habent. Unde per privationem rationis transeuntis inest ipsis ratio absoluti.

166. Item sicut tempus in verbo consequitur modum fieri, sic
 30 et in participio. Unde sicut fieri realiter consequitur tempus, ita

8-9 in verbo—sicut] *om.* V₁WS₁ET. 14-16 Unde significatio—a parte post] *om.* F. 18 a] ex UV₃. figurative] figura TA figurate V₁NV₂. 19 vocaverunt] nominaverunt V₁EB voluerunt V₃TM₂L. 20 quemlibet] obliquum *add.* S₂. 27 absoluti] ablativi V₃T. 27-28 Unde—absoluti] *om.* S₃F.

19 Cf. 56,20 sq.

modum fieri consequitur modus temporis, et sicut fieri se extendit ad fieri divisibile et indivisibile, sic tempus se extendit ad divisibile et indivisibile sive ad continuum et instans et eodem modo modus temporis se extendit ad divisibile et ad indivisibile, hoc
 5 est ad continuum et instans, et variatur tempus eodem modo in participio sicut in verbo per triplicem sui differentiam, scilicet per praesens, praeteritum et futurum.

167. De aliis autem accidentibus, scilicet genere, numero, casu et figura est intelligendum eodem modo sicut in nomine. Et est
 10 notandum quod participium non habet accidentia nominis et verbi ut dicitur, sed habet sua accidentia ad similitudinem nominis et verbi. Cuius ratio est: nam si particippia haberent accidentia nominis et verbi, tunc nomen et verbum non haberent sua accidentia. Sed consequens est falsum. Ergo et antecedens.

168. Propter quod dicendum est quod particippia habent accidentia similia accidentibus nominis et verbi. Participium enim
 15 construitur intransitive cum nomine et cum aliis partibus orationis ad modum nominis et construitur transitive cum casuali ad modum verbi a parte post. Ideo participium habet accidentia
 20 quaedam similia accidentibus nominis et verbi. Et haec de participio dicta sufficiant. Patet ergo quod modus fieri indistantis dividitur in modum fieri per modum generalis et in modum fieri per modum specialis, et modus fieri specialis in modum actionis et passionis et in modum utriusque et in modum neutrius et in
 25 modum alterius tantum. Ista autem de modis significandi participii iam dicta sufficiant.

CAPUT LI

De modis posterioribus coniunctionis.

169. Coniunctio significat per modum connectentis sive unien-
 30 tis duas substantias respectu unius actus vel duos actus respectu

2-3 sic—indivisible] *om.* V₁S₁ETF. 4-5 ad divisibile—instans] *om.* M₂L.

16 similia] ad similitudinem EBR. 17-18 cum nomine—transitive] *om.* S₁.

25-26 Ista—sufficiant] *om.* RM₁S₃FNM₂L.

29 unientis] coniungentis UENM₂L.

10-11 Donatus Ars gram. De participio (ed. H. Keil 363,14).

unius substantiae vel duos actus respectu duarum substantiarum vel etiam duas substantias respectu duorum actuum. Hic autem modus, scilicet modus unientis duo est modus significandi essentialis generalis coniunctionis. Nam per hunc modum significandi
5 coniunctio est coniunctio.

170. Hunc autem modum consequuntur modi posteriores qui sunt tres, scilicet potestas, figura et ordo. Licet tamen plures sint, omnes ad hos tres reducuntur quemadmodum in adverbio dictum fuit. De his ergo tribus videamus et primo de potestate,
10 consequenter de aliis.

171. Notandum ergo quod potestas non debet poni inter accidentia coniunctionis, quia valde essentialis est coniunctioni. Potestas autem est quidam modus significandi qui est modus || unientis duo extrema vel per vim vel per ordinem. Iuxta quod intelligendum est quod unire per vim est unire aliqua quae prius nullam habebant dependentiam sive inclinationem. Unire autem per ordinem est quando uniuntur aliqua quae prius inclinabantur ad se invicem. Et secundum haec duo membra diversificatur potestas coniunctionis. Omnis enim coniunctio aut significat per
15 modum unientis duo per vim aut significat per modum unientis duo per ordinem. Per hoc patet quod potestas est essentialis coniunctioni. Nam ipsa evacuat quidquid est in coniunctione. Diffinit enim Priscianus coniunctionem sic: coniunctio est pars orationis coniunctiva aliarum partium vim vel ordinem demonstrans. Si vero volumus coniunctiones expletivas esse coniunctiones, tunc coniunctionem dividamus sic: omnis coniunctio aut significat per modum unientis duo extrema aut per modum ordinantis extrema coniuncta. Si per modum ordinantis extrema coniuncta, sic sunt coniunctiones expletivae quae non sunt verae
25

7 potestas] species N. 9 potestate] sive specie *add.* N. 11 debet] deberet WS₁S₂RS₃. 12 quia] scilicet E. 13 autem] enim V₁M₁M₂ vero N. 27 ordinantis] ornantis S₂ vel ornantis *add.* M₁ duo *add.* V₃S₂S₃V₂. 28 ordinantis] ornantis S₂ duo *add.* V₃ES₂S₃V₂.

8-9 Cf. 66,28 sq. 23 Priscianus Instit. gram. XVI c. 1 n. 1 (ed. M. Hertz II 93,2-3). 29 Priscianus Instit. gram. XVII c. 1 n. 4 (ed. M. Hertz II 110,7-8).

coniunctiones ut dicunt auctores. Si vero coniunctio significat per modum unientis duo extrema, hoc potest esse dupliciter: aut per vim aut per ordinem. Si per vim, hoc est dupliciter: aut enim significat per modum unientis duo extrema quae simul sunt
 5 respectu tertii, et sic sunt coniunctiones copulativae, aut per modum unientis duo extrema quae non simul sunt respectu tertii, sed unum ut affirmative, alterum ut negative, et sic sunt coniunctiones disiunctivae. Cum enim dicitur *Socrates vel Plato currit*, sensus est: *Socrates currit et Plato non currit* vel e con-
 10 verso. Et hoc est quod dicit Boethius quod coniunctio disiunctiva ea quae coniungit simul esse non permittit.

172. Sed notandum est quod aliquando quaerebatur quomodo coniunctio disiunctiva possit dici coniunctio, nam coniungere et disiungere sunt opposita. Ad hoc dixerunt antiqui quod con-
 15 iunctio disiunctiva est coniunctiva vocum et disiunctiva significatorum. Hoc autem credo esse falsum. Cuius ratio est: nam coniunctio ea coniungit cum quibus per se construitur; sed coniunctio non solum construitur cum vocibus, sed cum dictionibus, id est aggregato ex voce et significatione et modis significandi.
 20 Ergo dictiones coniungit, id est voces et significata; ergo coniunctio disiunctiva coniungit voces et significata. Et ita patet quod ipsi male dixerunt quod coniunctio disiunctiva coniungit voces, et disiungit significata.

173. Concedo ergo quod coniunctio disiunctiva coniungit voces
 25 et significata et quod semper extrema coniungit, dividit tamen ea respectu tertii. Unde cum dicitur: *Socrates vel Plato currit*, ista coniunctio disiunctiva vel coniungit ista duo extrema, scilicet

1 auctores] quidam S_2 . 5-6 et sic—tertij] *om.* UV_3A . 11 quae] cadit sive quae *add.* V_2 . coniungit] cadit $UV_3WM_1S_3$. esse] stare M_2L *om.* N. 14 antiqui] et adhuc dicitur *add.* F. 20-21 dictiones—disiunctiva] *om.* EB.

10 Boethius De syllogismo hypothetico II, PL 64,876 C: Cum enim dicimus, aut est a, aut b est, aut easdem propositiones quolibet alio modo variamus id aut coniunctio quae disiunctiva ponitur, sentit simul eas esse non posse. 14-15 Priscianus Instit. gram. XVI c. 1 n. 7 (ed. M. Hertz II 97,17-18): Disiunctivae sunt, quae, quamvis dictiones coniungunt, sensum tamen disiunctum ... significant.

282 vb Socratem et Platonem, tamen disiungit ea || respectu tertii quod est *currit* et sic de aliis. Patet ergo qualiter coniunctio disiunctiva coniungit et qualiter disiungit.

174. Si autem coniunctio significat per modum unientis duo
 5 extrema per ordinem sive per modum unientis duo extrema quae prius habebant ad se invicem inclinationem, hoc est dupliciter: vel enim illae coniunctiones plus se tenent a parte antecedentis, et sic sunt coniunctiones causales, quia antecedens est causa consequentis; aut illae coniunctiones plus se tenent a parte conse-
 10 quentis, et sic sunt coniunctiones rationales. Ista de coniunctione dicta sufficiant. Patet ergo quod modus significandi qui facit coniunctionem dividitur in modum unientis per vim et in modum unientis per ordinem et in modum ordinantis duo coniuncta et qualiter isti subdividebantur hoc visum est.

15

CAPUT LII

De modis posterioribus praepositionis.

175. Praepositio significat per modum retorquentis casuale ad actum vel prout illud casuale se habet in ratione principii respectu illius actus vel in ratione termini respectu illius actus. Et
 20 hic est modus significandi per quem praepositio ponitur in specie partis orationis. Nam per hunc modum significandi praepositio est praepositio.

176. Et notandum quod Priscianus et Donatus assignant praepositioni solum unum accidens quod est casus. Iuxta quod intelli-

5 per ordinem—extrema] *om.* V₁ETS₂. 8-9 quia—consequentis] *om.* WS₁M₂L.
 11-14 Patet—est] *om.* T.

24 quod est] scilicet UV₃.

8 Donatus *Ars gram. De coniunctione* (ed. H. Keil 364,35-36).

23 Priscianus nusquam dicit casum accidens esse praepositionis; immo vero contrarium dicit: Partium orationis quaedam habent inter generaliter sibi accidentia numeros et casus et genera, ut nomen, pronomen, participium; quaedam personas et numerum, ut verbum et pronomen; quaedam tempora, ut verbum et participium; quaedam nihil ex his, ut praepositio. *Instit. gram.* XVII c. 21 n. 153 (ed. M. Hertz II 182,22-25). Donatus *Ars gram. De praepositione* (ed. H. Keil 365,11-12): Praepositioni quot accidunt? Vnum. Quid? Casus tantum.

gendum quod casus praepositionis non est illud quod dicitur casus in nomine vel in pronomine. Sed casus in praepositione est habitudo casualis ad actum. Et hoc potest esse vel in ratione termini et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, et sic habemus
 5 praepositiones servientes accusativo casui. Vel casuale se habet in ratione principii et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, et hoc modo sunt praepositiones servientes ablativo casui. Vel etiam, praepositiones sunt aequivoce significantes habitudinem vel modum habitudinis in ratione principii vel in ratione termini
 10 indifferenter, et hoc modo sunt praepositiones servientes utrique casui.

177. Dividamus ergo sic: omnis praepositio aut significat per modum circumstantiae casualis se habentis in ratione termini et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, maxime tamen in ratione
 15 causae finalis vel in ratione causae materialis, et hoc modo sunt praepositiones servientes accusativo casui. Unde praepositiones servientes accusativo significant per modum circumstantiae casualis se habentis in ratione termini et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, scilicet materialis vel finalis et cetera. Unde omnes
 20 praepositiones sunt aequivocae, cuicumque casui deserviunt.

178. Aut praepositio significat per modum circumstantiae casualis se habentis in ratione principii respectu actus et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, maxime tamen in ratione causae formalis et efficientis, et sic sunt praepositiones servientes abla-
 25 tivo casui. Unde praepositiones servientes ablativo significant per modum circumstantiae casualis se habentis in ratione principii respectu actus et cum hoc in ratione alicuius causalitatis, maxime tamen in ratione causae formalis vel efficientis. Quaedam
 283 ra tamen magis significant sic || et quaedam sic.

30 179. Aut etiam praepositio significat per modum circumstantiae casualis se habentis in ratione principii vel in ratione termini

11 casui] scilicet accusativo et ablativo *add.* B. 13 termini] ut ad quem *add.* W.
 14 causalitatis] scilicet materialis *add.* AM₁. 14-19 maxime—causalitatis] *om.* M₁.
 19 finalis] formalis F. 24-28 et sic—efficientis] *om.* S₁S₃F. 28 formalis] materialis UV₃TNM₂.

indifferenter, et hoc modo sunt praepositiones servientes utrique casui. Unde praepositiones servientes utrique casui significant per modum circumstantiae casualis se habentis indifferenter in ratione principii et in ratione termini et hoc aequivoce. Praepositiones enim servientes utrique casui denotant circa actum circumstantiam sive habitudinem cuiuslibet causae et hoc aequivoce ut dictum est.

180. Et breviter est notandum quod omnes praepositiones sunt aequivocae tam praepositiones servientes utrique casui quam
 10 praepositiones servientes accusativo vel ablativo, licet praepositiones servientes utrique casui duplici aequivocatione aequivocae sunt. Praepositiones autem servientes accusativo vel ablativo unica aequivocatione tantum aequivocae sunt.

181. Et propter hoc praepositiones servientes utrique casui
 15 magis sunt aequivocae quam praepositiones servientes accusativo vel ablativo. Quod autem praepositiones servientes accusativo vel ablativo unica aequivocatione aequivocae sunt, hoc patet. Nam omnes praepositiones tam accusativo quam ablativo servientes possunt denotare circa casuale circumstantiam cuiuslibet
 20 causae respectu actus, videlicet vel circumstantiam causae materialis vel formalis vel efficientis vel finalis. Sed tamen maxime praepositiones servientes accusativo denotant habitudinem causae materialis vel finalis, quaedam tamen magis sic et quaedam sic. Praepositiones autem servientes ablativo maxime denotant
 25 circa casuale circumstantiam causae formalis vel efficientis. Quod autem praepositiones servientes utrique casui duplici aequivocatione aequivocae sunt, patet. Nam possunt denotare circumstantiam cuiuslibet causae respectu actus, et sic uno modo sunt aequivocae. Denotant etiam habitudinem casualis ad actum
 30 indifferenter in ratione principii et termini, et sic secundo modo sunt aequivocae. Praepositiones enim servientes accusativo di-

2 Unde—casui²] *om.* UV₃TRN. 6 causae] esse F. 10 ablativo] tantum *add.* V₁. 14-15 servientes—praepositiones] *om.* W. 16 ablativo] tantum *add.* M₁V₂. 25 formalis] materialis UV₃TNM₂L. efficientis] finalis EM₁ quaedam tamen magis sic quaedam sic *add.* S₂M₁S₃. 31 accusativo] ablativo B casui *add.* B.

cunt habitudinem casualis se habentis in ratione termini tantum, et praepositiones servientes ablativo dicunt habitudinem casualis ad actum in ratione principii tantum.

182. Est autem notandum quod distinguere praepositiones ab
 5 invicem specialiter per suos modos significandi speciales et ita
 unam ab alia distinguere, non est necesse, quia praepositiones
 sic singulariter distinguere est distinguere earum significata spe-
 cialia. Unde quidquid habent pro significato, idem habent pro
 modo significandi. Unde eas distinguere specialiter est descendere
 10 ad earum significata specialia.

CAPUT LIII

De praepositionibus inseparabilibus.

183. Praeterea est notandum quod Priscianus et Donatus
 ponunt quasdam praepositiones inseparabiles quae ut ego credo
 15 non sunt verae praepositiones. Cuius ratio est: nam omnis prae-
 positio est praepositio per suum modum significandi. Sed prae-
 positiones inseparabiles non habent modum significandi. Ergo non
 283 rb sunt praepositiones. Maior pl||na est, scilicet quod praepositio
 est praepositio per suum modum significandi, quia omnis pars
 20 orationis est pars per suum modum significandi. Modus enim
 significandi est forma partis in quantum pars. Nam sicut forma
 dat esse rei et distinguit ipsum cui dat esse ab alio, ita modus
 significandi dat esse parti et distinguit ipsam ab omni alia parte.
 Probatio minoris est, quia omne quod habet vere modum signifi-
 25 candi, ipsum oportet esse dictionem per se. Sed praepositiones
 inseparabiles non sunt dictiones per se, quia non habent signifi-

1-2 se habentis—casualis] *om.* WBA. 6 necesse] nec est E distinguere *add.* US₁NM₂.

14 quae] et illae UV₃. ut ego credo] *om.* UV₃E. 19-20 quia—significandi] *om.* V₁EB. 22 cui dat esse] *om.* F.

13 Priscianus Inst. gram. XIV c. 6 n. 53 (ed. M. Hertz II 56,10-15). Partitiones XII vers. Aen. principal. c. 9 n. 179 (ed. M. Hertz II 502,21-23): sunt autem inseparabiles praepositiones, id est quae per se separatae numquam possunt inveniri, hae, di dis re se am con. Donatus Ars gram. II 16 (ed. H. Keil 389,26): coniunguntur, ut di dis re se am con.

cata per se. Ergo praepositiones inseparabiles non habent modum significandi, et sic non erunt praepositiones. Maior huius rationis plana est, scilicet quod omne quod habet modum significandi est dictio per se, quia id quod habet modum significandi est pars orationis, et illud quod est pars orationis debet esse dictio per se, quia ratio partis praesupponit rationem dictionis per se in quantum dictio nominat mihi relationem vocis significantis ad rem significatam. Sed pars adhuc in plus se habet quia pars proprie dicit relationem vocis significantis et rei significatae ad modum significandi. Unde pars adhuc addit supra dictionem modum significandi. Minor huius rationis etiam plana est per se, scilicet quod praepositiones inseparabiles non sunt dictiones per se, quia ut dicunt Priscianus et Donatus, scilicet quod inseparabiles sunt et sic non sunt dictiones per se, quia si essent dictiones per se, iam non repugnaret eis ratio modorum significandi. Sed quia non sunt, ideo repugnat ipsis modus significandi et per consequens ratio partis. Et ita relinquitur quod non sunt praepositiones.

184. Sed quantum ego intelligo praepositiones inseparabiles nihil aliud sunt quam sillabicae adiectiones sicut *met* et huiusmodi. Et notandum quod dicuntur praepositiones inseparabiles pro tanto quia habent similitudinem cum praepositionibus veris, quae aliquam habitudinem causae circa actum denotant; utpote incompositae praepositiones verae adduntur aliis dictionibus, sic praepositiones illae inseparabiles ipsis dictionibus per compositionem adiunguntur. Et propter hoc creduntur esse praepositiones.

185. Sed ego dico quod omnes praepositiones incompositae non sunt praepositiones, quia omnis pars orationis est per se dictio. Unde quando verae praepositiones adduntur dictionibus per compositionem, tunc non sunt praepositiones, sed cedunt in eandem partem cum dictione cum qua componuntur. Et quando illae praepositiones inseparabiles componuntur cum dictionibus,

4 est dictio—significandi] *om.* S₁. 7 mihi] proprie *add.* S₃F. 10-11 Unde—significandi] *om.* V₁L. 10 pars] Priscianus T orationis *add.* RS₃V₂. 13-14 ut dicunt—quia] *om.* EM₁N. 14 quia—se] *om.* V₁U. 15-16 Sed—significandi] *om.* V₁V₃WV₂. 30 cedunt] cadunt EB incidunt M₁.

tunc etiam cedunt in eandem partem cum dictionibus cum quibus componuntur tamquam sillabicae adiectiones, et quia non possunt esse dictiones per se, ideo non sunt alicuius partis orationis.

186. Et ista de praepositione ad praesens dicta sufficiant.
 5 Habemus ergo quod modus significandi qui facit praepositionem est modus retorquentis casuale ad actum, vel casuale in quantum se habet in ratione termini, et sic est modus significandi qui facit praepositiones servientes accusativo casui, vel casuale quod se
 283 va habet in || ratione principii respectu actus, et sic est modus sig-
 10 nificandi qui facit praepositiones servientes ablativo casui, vel etiam casuale quod se habet in ratione utriusque, scilicet in ratione principii et in ratione termini indifferenter, et sic sunt praepositiones utrique casui servientes et hoc aequivoce sunt ut dictum est. Et ita patet quod isti tres modi significandi evacuant
 15 quidquid est in praepositione. Haec autem de praepositione iam dicta sufficiant.

CAPUT LIV

De modis posterioribus interiectionis.

187. Interiectio significat per modum afficientis animam in
 20 qua est actus, sive significat per modum adiacentis alteri quod significat per modum fieri, afficientis subiectum in quo est actus ut supra dictum est. Et hic est modus significandi per quem interiectio est interiectio sive pars orationis.

188. Huic autem modo significandi essentiali generali inter-
 25 iectionis modus significandi est immediatus qui est significatio. Et notandum quod significatio interiectionis est specialis modus determinationis circa actum afficientis subiectum in quo est actus iste. Quot ergo modis potest affici anima circa actum, tot sunt speciales interiectiones. Potest autem anima affici circa con-
 30 venientiam vel inconvenientiam vel circa aliqua medio modo se

1 cedunt] cadunt WBAS₂. 6 retorquentis] sive reducentis add. V₂. 13 casui] scilicet accusativo et ablativo add. M₁S₃NL.

21 afficientis] id est affectum moventis add. V₂. subiectum] substantiam V₃M₁ animam S₃. 24 interiectionis] respondet add. EV₂ accidit add. S₂.

22 Cf. p. 18,10-12.

habentia. Si primo modo, sic sunt interiectiones significantes laetitiam ut *evax*. Si circa inconvenientiam, hoc potest esse dupliciter: aut ratione praesentis temporis, et sic sunt interiectiones dolentis, aut ratione futuri temporis, et sic sunt interiectiones metus. Si autem tertio modo, scilicet quod anima afficiatur circa aliqua medio modo se habentia ut videlicet non circa convenientia vel disconvenientia, hoc modo sunt interiectiones admirantis.

189. Est autem notandum quod licet interiectiones plures non sint impositae, tamen possunt esse plures, quia quot sunt determinabilia per ipsas, tot possunt esse interiectiones. Quotquot enim sunt exclamationes diversorum ydiomatum, tot possunt esse interiectiones, licet non sit eis nomen impositum. Haec tamen ad praesens de interiectionibus et de modis significandi earum dicta sufficiant.

190. Patet ergo quod modus significandi essentialis generalis interiectionis est modus significandi per modum afficientis animam in qua est actus et quod hunc modum significandi immediate sequitur modus qui est significatio. Et hic modus, scilicet significatio qui est specialis modus interiectionis dividitur in modos posteriores ut videlicet in modum significandi qui facit interiectiones significantes laetitiam, et in modum significandi qui facit interiectiones dolentis, et in modum significandi qui facit interiectiones metus, et in modum significandi qui facit interiectiones admirantis.

2 *evax*] euge V_2 . 4 *dolentis*] ut heu *add.* B ut heu, hui, o, vae, pro dolor *add.* N. 6-7 ut videlicet—disconvenientia] *om.* $M_1S_3M_2L$. 8 *admirantis*] admirandi $V_1US_1TS_2V_2M_2L$ admirationis M_1S_3 ut papae et ohe *add.* N admiratio enim potest esse de bono vel de malo *add.* R. 10 sunt] ydiomata *add.* $S_2M_1V_2M_2L$. 11 determinabilia] declinabilia UM_1NV_2 indeclinabilia EAS_2 *om.* M_2L . per ipsas] et per ipsa U et per ipsa potest affici intellectus *Comm. Quaelibet ars, Cod. Venet. class. X, nr. 188, f. 50ra om.* $EBM_1S_3PM_2L$ inclinationes *add.* V_1 . tot—interiectiones] vel alia littera habet S_2 . interiectiones] determinationes M_1S_3 . Quotquot]quaedam W. 11-12 Quotquot—ydiomatum] *in marg.* W. 11-13 Quotquot—interiectiones] *om.* $V_1UV_3S_1EBTV_2$. 12 exclamationes] interiectiones exclamantes A inclinationes S_2 acclamationes P. diversorum] *om.* R. 13 interiectiones] quot enim acclamationes sunt diversorum ydiomatum, tot possunt esse interiectiones *add.* S_2 . 16-25 Patet—admirantis] *om.* T.

191. Et sic patet sufficientia modorum significandi essentialium generalium specialium et accidentalium octo partium orationis, scilicet nominis, pronominis, verbi et cetera. Et haec de ipsis quantum ad modos eorum significandi in se iam sufficiant.

5

LIBER II

CAPUT LV

De principiis constructionis in generali.

192. Dicto de modis significandi <generalibus et specialibus dicendum est de constructione in generali, et primo dicendum
10 de modis significandi> perficientibus constructionem in genere
283 vb causae efficientis in||trinsece et hoc in se et absolute; consequenter dicendum est de ipsis secundum quod unus habet habitudinem ad alterum, quod nihil aliud est quam applicare ipsos ad constructionem dicendo qui modi significandi quarum
15 constructionum causa sint. Et patet ordo: naturaliter enim prius res est aliquid in se quam est aliquid in alio sive in habitudine ad aliud.

193. De his igitur secundum hunc modum nec non et universaliter principia constructionum resumendo dicamus. Universaliter rerum grammaticalium, de quibus grammaticus sibi scientiam format, quatuor sunt principia, scilicet materia, forma, finis et efficiens. Principia materialia sunt ipsa constructibilia sive dictiones. Habet enim se sic constructibile ad constructionem sicut mobile ad motum. Mobile autem materialiter exigitur ad
25 motum subportans ipsum. Quare similiter exiguntur construc-

3 orationis] *des. T.* cetera] *des. B.* 4 sufficiant] *des. L.* sequitur secundus liber *add. W* Sed his modis habitis quomodo faciunt ad constructionem in generali aliquantulum videamus *add. F* Constructio est passio . . . (cf. *Append. p. 116*) *add. M₁S₃F inc. V₄.*

10 perficientibus] partium ad *F.* 11 causae] *om. F.* intrinsece] Modi enim significandi essentialia generales specifici et generales sunt causa efficiens constructionis intrinseca ut postea dicitur *add. R.* 12 unus] unum *F.* 24-25 Mobile—motum] *om. V₄NF.* 24 materialiter] naturaliter *V₃.*

15-17 Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam I, De propositione (ed. M. Grabmann 30,22-23): Prius est enim aliquid cognoscere in se quam in comparatione ad aliud.

tibilia ad constructionem, ita quod ex constructibilibus fit constructio materialiter.

194. Causa formalis in grammatica sicut in aliis scientiis potest dici dupliciter, scilicet forma tractatus et forma tractandi. Forma tractatus consistit in enumeratione partium et capitulorum ipsius grammaticae. Forma autem tractandi est modus agendi ipsius grammaticae, qui nihil aliud est quam propria loyca grammaticae. Loyca enim secundum se totaliter et essentialiter consistit in modo sciendi, qui totaliter evacuatur per modum dividendi, diffiniendi et colligendi. Sed forma tractandi nihil aliud est quam modus dividendi, diffiniendi et colligendi. Quare forma tractandi in grammatica, immo in qualibet scientia nihil aliud est quam propria loyca eiusdem.

Est autem notandum quod forma tractatus causatur a forma tractandi, quia forma tractatus est forma rei operatae, forma tractandi est modus rei operandae sive modus agendi. Sed forma tractandi sive modus agendi causat et formalem dispositionem inducit in re operata, sicut patet in malleatione. Res enim malleata disponitur et diversificatur secundum modum malleandi, scilicet in longum, latum et profundum, asperum et planum. Forma igitur tractatus a forma tractandi causata est.

195. Principium effectivum in grammatica est duplex, scilicet extrinsecum et intrinsecum. Principium effectivum extrinsecum est intellectus qui voces ad significandum imponit, litteram litterae, sillabam sillabae, constructibile constructibili universaliter coniungit sive construit. Principia vero effectiva intrinseca sunt modi significandi tam essentialia quam accidentalia, tam generalia quam specialia de quibus omnibus suis locis superius dictum

3 in grammatica] *om.* UV₃. 5 enumeratione] numeratione N ordinatione S₂RM₁S₃V₂M₂. partium] orationis *add.* S₂R. capitulorum] librorum M₁S₃. 6 agendi] vel docendi *add.* M₂. 10 diffiniendi] distinguendi V₂. colligendi] sillogizandi UV₃ES₂RV₄NF sillogizandi *add.* S₃ enumerandi *add.* S₂. 11 colligendi] sillogizandi V₃WS₁ES₂RM₁S₃FV₄V₂ sillogizandi *add.* UN. tractandi] *om.* F. 12 immo in qualibet scientia] *om.* FV₄. 15 operatae] comparatae EA. 16 operandae] tractandae V₃ compositae U comparatae E operatae S₁ operantis WM₁ operandi R. 25 universaliter] uniformiter FV₄N. 25-26 universaliter —construit] *om.* S₁.

est. Per ipsos enim universaliter unum constructibile refertur ad aliud sub forma constructibili tamquam per sua principia effectiva intrinseca.

196. Causa vero finalis loquendo de fine intrinseco ipsius
 5 grammaticae est oratio perfecte constructa, quae perfectio est
 ipsius componentis secundum quod componens est. Quid autem
 284 ra sit orationem esse perfecte constructam || et quid sit perfecte
 construere, iam dicetur cum de congruitate dicemus et perfec-
 tione.

10

CAPUT LVI

De natura constructionis in se via definitionis.

197. His habitis postmodum dicendum est de quibusdam pas-
 sionibus grammaticalibus cuiusmodi sunt constructio, congruitas
 et perfectio, ut ipsarum cognitio ex dictis principiis plene plane-
 15 que patefiat. Et prius de constructione quam de aliis, secundo
 de congruitate, tertio de perfectione. Et patet ordo, quia per-
 perfectio praesupponit congruitatem, congruitas vero constructio-
 nem. Omnis enim oratio perfecta est congrua et constructa, sed
 non convertitur sermo; quia cum illud sit prius a quo non con-
 20 vertitur consequentia subsistendi, manifestum est quod con-
 structio prior est congruitate et congruitas perfectione.

198. De constructione ergo primo intelligendum est quod con-
 structio nihil aliud est quam passio constructibilium. Est enim
 constructio constructibilium unio. Priscianus enim diffinit sic
 25 constructionem dicens quod constructio est congrua dictionum

1 universaliter] uniformiter FV_4N . 5 perfecte] perfecta V_3EV_4N . 7 per-
 fecte¹] perfectam UV_3S_1 .

20 subsistendi] *om.* $S_1S_2RM_1S_3FV_4NM_2$. 22 primo] prius S_3FN .

20 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,284: secundo autem quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam, ut unum duobus prius est. 24 Priscianus Instit. gram. II c. 4 n. 15 (ed. M. Hertz I 53,28-29): oratio est ordinatio dictionum congrua.

ordinatio. Dicit etiam antiquus expositor Prisciani Minoris quod constructio, prout accipitur in grammatica, est ratio exigentiae unius dictionis ad aliam.

Istae duae diffinitiones, si simpliciter intelligantur ut ponuntur, 5 veritatem non habent. Cum enim dicitur primo quod constructio est congrua dictionum ordinatio, non est verum, tum quia constructio abstrahitur a constructione congrua et incongrua, tum etiam quia constructio est aliorum quam dictionum. Est enim quaedam constructio rerum, quaedam conceptuum, quaedam dic-
10 tionum, et hoc est quod consuevit dici quod constructionum quaedam est realis, quaedam mentalis, quaedam vero rationalis sive sermocinalis.

199. Item secundo cum dicitur: constructio est ratio exigentiae unius dictionis cum alia, non est universaliter verum. Iuxta hoc 15 nota unam maximam in grammatica, et est quod semper duorum constructibilium, quae referuntur ad se invicem, sub forma constructibili sunt duo principia, scilicet principium dependentiae in uno constructibili quo unum dependet ad alterum, et in alio principium seu ratio termini, ita quod aliquo modo per rationem 20 exigentiae intelligatur ratio dependentis, quia illud quod dependet exigit aliud sicut illud quod suam dependentiam termi-

1 ordinatio] congruam perfectamque sententiam demonstrans *add.* M₁S₃ ex-
positor] supra *add.* F. Prisciani] Priscianus V₃R primum F. Minoris] in Minori
W scilicet Petrus Heliae *add.* V₁. 2 exigentiae] exigentis V₂ sive dependentiae
add. U. 5 primo] in Prisciano E a Prisciano *add.* S₂. 9 conceptuum] conce-
ptibilium V₃F. 11 mentalis] intellectualis US₁F. 20 dependet] ex natura
add. V₁S₂M₂. 21 terminat] determinat V₁V₃S₂V₂M₂.

1 In commento Magistri Alberti Swebelini (CIm 14 324 Staatsbibliothek, München) legitur ad hunc locum: Hic ponit aliam diffinitionem, quae est cuiusdam expositoris super Priscianum (f. 15vb). In commento anonymo: Carissimus doctor (Cod. Neap. VC 13) ille expositor idem esse perhibetur ac Robertus Anglicus (= Robert Kilwardby): Ad cuius declarationem breviter notandum est, secundum quod dicit commentator Robertus Anglicus (f. 89 va). Commentum Roberti Anglici invenitur in Cod. Paris. Bibl. Nat. lat. 16 221, f. 16r. (Cf. H. Roos, Die Modi significandi des Martinus de Dacia, 121 ff.). 15 Petrus Hispanus Summulae logicales tract. V (ed. Bocheński 5.07 p.[46]): Maxima autem est propositio, qua non est altera prior vel notior, ut omne totum est maius sua parte.

nat; vel per rationem exigentiae intelligitur ratio terminantis dependentiam. Planum est quod neutro modo potest habere veritatem cum dicitur: constructio est ratio exigentiae, sed dicatur ut primo dictum est quod constructio est passio constructibilium
 5 sive constructibilium unio.

CAPUT LVII

De constructione in suis partibus secundum communiter loquentes.

200. Constructionis secundum omnes grammaticos haec est prima divisio quod constructionum alia est transitiva, alia in-
 10 transitiva. Ad has duas reducuntur omnes speciales constructiones. Ergo de his consequenter videndum est, quid sit constructio transitiva et quid intransitiva, et quomodo quaelibet illarum in speciales constructiones dividatur. Iuxta quod primo est notandum quod de constructione transitiva et intransitiva
 15 secundum hunc modum fit et semper fuerat sermo quod, cum omnis constructio aut est transitiva aut intransitiva, aut ergo constructibilia sic se habent quod ipsa denotantur per suos modos
 204 rb significandi unum || ut idem alteri, et sic est constructio intransitiva — dicitur enim constructio intransitiva esse in qua dictiones
 20 positae pertinent ad eandem personam vel rem vel ut ad eandem — aut ipsa constructibilia sic se habent quod denotantur unum ut diversum alteri seu diversum ab altero, et sic est constructio transitiva — dicitur enim transitiva in qua dictiones positae pertinent ad diversas personas vel ut ad diversas.

25 201. Salva reverentia ita dicentium illud non videtur valere, quia cum dicitur, constructio intransitiva est quando unum constructibilium dependet ad alterum ut idem sibi, hoc non est verum. Si enim hoc esset verum, sequeretur quod omnis constructio esset intransitiva, quod est impossibile. Non enim est

2 Planum est] patet V_4N . 5 unio] dividit constructionem *add.* F.

15 fit et semper fuerat] sic superfluat V_4 sic quod non superfluat N. fuerat] fuit F. cum] *om.* F. 17 denotantur] denotant $M_1S_3M_2$ dominant US_2R dominantur WEV_4N . 18 idem alteri] in altero S_2 . alteri] sibi W ut idem sibi *add.* S_2 . 21 denotantur] dominantur W dominant S_2RV_4N denotent M_1S_3 notent V_2 . 26 intransitiva] transitiva V_4N . 29 Non] notandum F.

possibile dividens cum diviso converti. Quod autem hoc sequeretur, evidens est, quia in omni constructione unum constructibile dependet ad aliud ut idem sibi ut patet in constructione quae maxime est transitiva, quia per modum transeuntis fit, 5 ut cum dicitur *percutio Socratem*; *percutio* enim dependet ad *Socratem* ut idem sibi. Magis enim est actio idem passo quam agenti, cum in omni passo sit sicut in subiecto, quia actio et passio unus motus sunt et sunt in patiente ut in subiecto. Ergo et cetera.

10 202. Item cum dicitur: constructio transitiva est illa in qua unum constructibile dependet ad alterum ut diversum sibi sive ut diversum ab illo, hoc non valet, quia omne constructibile quod dependet ad alterum, dependet ad ipsum ut idem sibi, ut iam probatum est, et patet per inductionem in singulis constructio-
15 nibus. Unde aliter non esset proportio inter constructibilia modorum significandi; quod cum falsum sit, ideo et cetera.

CAPUT LVIII

De constructione in suis partibus secundum intentionem auctoris.

203. Propter quod dico sine praeiudicio melioris sententiae
20 aliter, praemittendo quaedam quae per se nota sunt. Quorum primum est quod principia constructionis universaliter sive in generali sunt duo, quorum unum est principium dependentis in uno constructibili et reliquum terminus dependentiae illius in reliquo constructibili. Unde constructibilia non requirunt quod

1 converti] quod ulterius hic notare debeo quod transitiva est una pars dividens constructionem *add.* S₂. 3 sibi] ei UV₃V₄N eidem V₂. 5 Socratem] Petrum V₃. percutio²] percussio V₃S₁S₂F. 6 actio] altero WS₁F alteri RN. 9 et cetera] non bene diffinita est constructio intransitiva S₂ sequeretur quod omnis constructio esset intransitiva quod est falsum V₂. 15 aliter] aut F.

20 aliter] *om.* F. praemittendo] tamen *add.* F. nota] necessaria NV₂V₃
24 Unde] universaliter F.

7 Thomas In Phys. III c. 3 lect. 5 n. 7: actio et passio non sunt duo motus, sed unus et idem motus. Aristoteles Phys. III t. 21 (Γ c. 3 202b 10-14). — Thomas In Phys. III c. 2 lect. 4 n. 6: quamvis movens moveatur, motus tamen non est actus moventis, sed mobilis secundum quod est mobile. Aristoteles Phys. III t. 16 (Γ c. 2 202a 7-8).

ambo sint dependentia, sed sufficit quod unum constructibilem se habeat in ratione dependentis, reliquum vero in ratione terminantis illam dependentiam.

204. Secundum quod accipio est quod in omni constructione
 5 est dare aliquod primum constructibile. Et huius probatio est, quia in omni genere est dare aliquod primum quod est primum principium omnium illius generis; ergo in genere constructibilem est dare aliquod primum constructibile. Ex quo sequitur quod est dare secundum sive posteriora constructibilia, cum prius et
 10 posterius sive primum et secundum nomina ordinis sunt.

205. Tertium accipio et est quod intellectus potest construere, quamvis non componat ut *homo albus*. Nihilominus tamen quamvis ibi non sit compositio de qua loquitur Aristoteles in libro Perihermeneias et in III. De anima in qua est veritas vel
 284 va falsitas, || tamen ibi est primum constructibile, cum ibi sit constructio quae est constructibilem unio sive ordinatio, quia ordinatio sive ordo suo nomine dicit prius et posterius.

206. Tunc accipio quartum quod in omni constructione non sunt plures modi significandi in genere dependentium quam duo:
 20 aut modus significandi quo aliquid dependet ad primum constructibile vel ad aliquid quod dependentiam habet ulteriorem ad primum constructibile, et hoc est dictum quod iste modus significandi talis est quod ipse dependet ad primum constructibile vel mediate vel immediate; aut est modus significandi dependentis

2 dependentis] dependentia V_1V_3 WRF. 9 secundum] constructibile *add.* UEV₂. 12-13 non—quamvis] *om.* V₄. 16 quia ordinatio] *om.* V₃FV₄N. 21-22 vel—constructibile] *om.* V₁V₄N. 21-23 vel—constructibile] *om.* U. 21 dependentiam] non *add.* RM₁. 22-23 et hoc—constructibile] *om.* V₃.

6-7 Thomas In Post. Anal. I c. 23 lect. 36 n. 318: in quolibet genere oportet esse unum primum, quod est simplicissimum in genere illo, et mensura omnium quae sunt illius generis. Aristoteles Met. X t. 2 (I c. 1 1052b 18). 13-14 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 3 (ed. Meiser 5,10-11). Aristoteles Peri herm. c. 3 (16b 24-25). — Aristoteles De an. III t. 21 (Γ c. 6 430a 27-28).

quo aliquod constructibile non dependet ad primum constructibile nec mediate nec immediate.

207. Tunc dico quod primus istorum duorum modorum est principium tantum intransitivae constructionis, secundus vero
 5 est principium transitivae constructionis, ita tamen quod constructio intransitiva est simplex vel in suo genere, quoniam omnis dependentia in huiusmodi constructione vadit ad primum constructibile vel mediate vel immediate. Immediate ut *homo albus* sive *homo currit* — in his enim constructionibus dependentiae terminantur ad primum constructibile — unde hoc quod
 10 est *albus* immediate dependet ad hominem, et hoc quod est *currit* eodem modo. Similiter dependet aliquod constructibile mediate ut patet cum dicitur *homo currit bene*: hoc quod est *bene* per se dependet ad hoc quod est *currit* tamquam ad
 15 suum proprium determinabile per se, cum adverbium sit vi verbi adiectivum; hoc autem quod est *currit* dependentiam habet ad primum constructibile, et ideo hoc quod est *bene* dependet ad hoc quod est *homo*, sed hoc est mediante verbo. Propter hoc dicimus hanc constructionem esse intransitivam simpliciter ut
 20 cum dicitur *homo albus currit bene*. Hic enim omnis dependentia vadit ad primum constructibile vel mediate vel immediate. Sed haec *homo albus* vel *homo currit* intransitive est in suo genere. Propter quod diximus supra secundum hunc modum, constructionem esse intransitivam simpliciter vel in suo ge-
 25 nere.

208. Et nota ex dictis, quod evidenter sequitur, quod, cum non sint plures modi significandi per modum dependentis quam isti duo qui dicti sunt et cum ipsi reperiantur in omni constructione, manifestum est quod omnis constructio aut est transitiva
 30 aut intransitiva, ita quod transitivum et intransitivum sint primae differentiae constructionis. Non enim possunt dari priora

3 duorum] dependentium *add.* V₁S₂V₂. 6 intransitiva] transitiva EV₄N.
 11 hominem] homo V₄N. 18 verbo] currit *add.* V₂. 20-21 Hic—constructibile] *om.* V₁. 27 significandi] simpliciter *add.* M₁S₃. 28 sunt] scilicet modus dependentiae ad prius et modus dependentiae ad posterius *add.* M₂. 30 intransitivum] evacuant totam constructionem et *add.* R.

et generaliora principia constructionis quam dicti duo modi cum modis ipsorum dependentiam proportionabiliter terminantibus. Modus enim quo aliquid dependet vel mediate vel immediate ad primum constructibile tamquam ad sui terminum communissimus est, quia ab omni modo significandi dependentis abstrahit qui est principium constructionis intransitivae. Similiter modus significandi dependentis quo aliquid non dependet ad primum constructibile nec mediate nec immediate ab omni modo significandi dependentis abstrahit qui est principium constructionis transitivae.

284^{vb} 209. Recollige ergo et diligenter || memoriae commenda quod modus significandi quo aliquid dependet ad aliud tamquam posterius ad primum constructibile vel mediate vel immediate principium est constructionis intransitivae. Unde posteriora constructibilia ad primum constructibile in constructione intransitiva sic dependent sicut partes domus ad aliquod primum principium ipsius domus cuiusmodi est fundamentum, ita quod sicut omnes dependentiae domus seu partium domus mediate vel immediate reducuntur in fundamentum, ita omnes dependentiae posteriorum constructibilium cadunt ad primum constructibile in quo est modus significandi terminantis huiusmodi dependentiam proportionabiliter.

210. Modus autem quo aliquid dependet ad aliud a primo constructibili, dummodo nec mediate nec immediate vadat ad primum constructibile et modus terminantis in alio a primo constructibili, principia constructionis transitivae sunt.

211. Iuxta quod notandum quod cum omnes constructiones intransitivae et transitivae quantum ad sua constructibilia non

1 modi] supple causantes has species constructionis *add.* W. 4 sui terminum] suam causam R. 6 intransitivae] transitivae $US_1M_1S_3FV_4NM_2$. 6-9 Similiter—dependentis] *in marg.* W. 6-10 Similiter—transitivae] *in marg.* M_1 *om.* $V_1US_1ES_2S_3FV_4NM_2$. 13-16 vel mediate—dependent] *om.* V_4 . 15 intransitiva] transitiva S_1N . 16 primum] *om.* $M_1S_3V_4NM_2$. 19 reducuntur] terminantur V_3V_2F vadunt U tendunt W tendit V_1S_2 sunt M_1S_3 cadunt V_4 dependent N. 20 cadunt] vadunt R dependent M_1S_3 cadit S_2V_2 sive tendit *add.* V_3 . 24-25 dummodo—constructibili] *om.* U. 25 in alio] *om.* V_4N .

sunt unius partis, ideo non debes quaerere unum modum significandi specialem in parte qui sit principium illius constructionis, sed modum abstrahentem ab omnibus modis significandi.

CAPUT LIX

5 *Utrum constructio intransitiva fiat per modos significandi essentiales.*

212. Et notandum quod communiter dicitur quod constructio intransitiva semper et universaliter fit per modos significandi essentiales. Cuius probatio est: nam omne quod dependet ad
10 alterum ut essentialiter dependens, ad illud dependet ut idem sibi. Si enim non sit ita, detur oppositum. Ergo quae sunt diversa, dependent ad invicem essentialiter, quod falsum est. Ergo primum est verum, scilicet quod illud quod dependet ad alterum
15 ut essentialiter dependens, ad illud dependet ut idem sibi. Quare si secundum communiter loquentes constructio intransitiva est in qua constructibile dependet ad alterum ut idem sibi, manifestum est quod constructio intransitiva universaliter fit per modos significandi essentiales.

213. Dico ergo breviter quod si intelligatur praecise dictum
20 illud commune, scilicet quod constructio intransitiva semper habet fieri per modos significandi essentiales, non potest habere veritatem, quia isti modi significandi essentiales non sufficiunt ad faciendam constructionem intransitivam, sicut patet dicendo *vir alba* et *Socratem currit* vel huiusmodi. Nec ratio praedicta
25 hoc convincit. Non enim aliud probat nisi quod modi significandi essentialis exiguntur ad constructionem intransitivam, et hoc supposito quodam falso quod supra reprobatum est, scilicet quod

1 partis] orationis *add.* S₂M₁M₂ constructionis, sed sunt diversarum partium orationis *add.* V₃.

11 oppositum] consequentis *add.* EV₂. 12 essentialiter] ergo album et nigrum cum sint diversa dependent ad invicem essentialiter *add.* EM₂. 15-4 (p. 110) constructio—concurrit] *om.* V₄N. 15-16 constructio—sibi] *om.* W. 17 universaliter] uniformiter S₁. 19 praecise] id est exclusis modis accidentalibus *add.* V₁V₂ nullo sibi addito tunc *add.* S₂. 24 Socratem] Socrates UA.

cum aliquid dependet ad alterum ut idem sibi, tunc est constructio intransitiva. Hoc enim negabatur supra.

214. Dico nihilominus tamen quod modi significandi essentiales exiguntur ad constructionem intransitivam, sed non sufficiunt per se. Non enim sufficiunt ad constructionem intransitivam quae est inter partes declinabiles sicut postea patebit. Exiguntur nihilominus tamen ad huiusmodi constructionem intransitivam sicut dispositiones quaedam || materiales. Modi autem significandi accidentales ad huiusmodi constructionem pertinent sicut dispositiones quaedam formales et completivae. Verumtamen inter partem declinabilem et indeclinabilem bene sufficiunt modi significandi essentiales et non inter partes declinabiles ut postea patebit.

CAPUT LX

15

De constructione intransitiva appositiva.

215. His visis consequenter videndum est de constructionibus specialibus in quas constructio transitiva et intransitiva descendunt sicut in partes subiectivas sive species. Et prius de constructione intransitiva qualiter descendat in suas species, deinde similiter de constructione transitiva suo modo. Et patet ordo, quia constructio intransitiva debetur constructioni in potissimo statu suo et non constructio transitiva. Cum ergo constructio intransitiva fiat quandocumque dependentia vadit ad primum constructibile vel mediate vel immediate: aut ergo aliquod constructibile dependet mediate vel immediate. Si immediate, hoc est dupliciter: vel ita quod ex eadem parte extremi ita quod per indistantiam, vel ex alia parte extremi ita quod per distantiam.

2 intransitiva] transitiva W. 3 nihilominus] vel nominis V₃. 4 intransitivam] transitivam U. 5 se] ad constructionem intransitivam add. V₁ ad talem constructionem add. E. 6 declinabiles] indeclinabiles US₂S₃. patebit] sufficiunt tamen ad constructionem indeclinabilium ut dicitur: «de sub eius pede» sed proprie quia non habent modos significandi accidentales et sic oportet tantum eos simul coniungi. Hoc semper debet fieri per modos significandi essentialis add. V₁V₂. 8 materiales] mobiles AM₁S₃. 8-10 materiales—quaedam] om. F. 11 bene] paene M₁.

27 vel—distantiam] om. V₃.

Si primo modo: aut est ita quod pars declinabilis dependet ad partem declinabilem quae primum constructibile est, cuiusmodi est nomen seu vicarius eius qui pronomen est, quorum utrumque significat per modum per se stantis. Aut pars indeclinabilis ad partem declinabilem quae primum constructibile est.

216. Primo modo est constructio intransitiva quae dicitur appositiva et est constructio determinationis cum suo determinabili ut dicendo *homo albus*, *homo iners* et cetera. Omnes enim huiusmodi constructiones fiunt per eadem principia.

217. Iuxta quod notandum quod principia huiusmodi constructionis cum dicitur *homo albus* loquendo de principiis effectivis intrinsecis cuiusmodi sunt modi significandi, primo sunt duo modi significandi essentialia generales quae ipsa constructibilia ad constructionem habilitant et disponunt. Unde non oportet quod modi significandi essentialia generales ipsa constructibilia actu inclinent ad constructionem, sed sufficit quod habilitent et disponant ad constructionem. Primo ergo cum dicitur *homo albus* modus significandi per quem utrumque est nomen, utrumque istorum ad constructionem habilitat. Deinde modus significandi per quem *albus* est adiectivum inclinat seu actualiter dependere facit hoc quod est *albus* ad hoc quod est *homo*, et modus significandi sibi correspondens in primo constructibili quod est *homo* est modus significandi per modum per se stantis secundum quod *homo* substantivum est. Consequenter vero correspondet numerus numero et persona personae et casus casui, de quibus omnibus superius determinatum est.

218. Idem intelligo *homo amans*, *equus meus* quia participio et pronomini bene competit modus adiacentis ut superius visum est.

4 stantis] sive per modum substantis *add.* ES₂M₂ sive per modum subsistentis *add.* U. indeclinabilis] declinabilis US₂. 5 declinabilem] indeclinabilem V₃F. 7 determinationis] determinantis W determinans E terminantis S₂ determinabilis V₂. determinabili] determinatione V₂. 8 albus] equus meus *add.* M₁. iners] niger V₁UV₃ magnus A piger R equus meus *add.* V₁U homo meus *add.* U homo currens *add.* V₃. 16-17 sed—constructionem] *om.* M₁. 16 habilitent] abilitent M₂ abilitant E. 27 meus] vel amor *add.* A.

219. Idem etiam intelligo cum dicitur *omnis homo*, nisi quod hic requiritur ad hanc constructionem modus significandi per modum communis, qui respondet modo significandi per quem
 285 rb hoc nomen *omnis* || significat divisivum, seu distributivum est
 5 secundum loycum. Requirit enim *omnis* in illo cui additur modum significandi per modum communis multiplicabilis per supposita, cuiusmodi est *homo*. Propter quod impertinenter et incongrue dicitur *omnis Socrates*, et idem intelligitur de omnibus consimilibus.

10

CAPUT LXI

De dependentia partis indeclinabilis ad primum constructibile.

220. Si autem aliqua pars indeclinabilis dependet ad primum constructibile, hoc contingit, cum adverbium construitur cum nomine vel habente vim nominis quod primum constructibile est,
 15 vel <cum> coniunctio cum ipso habet constructionem. Primo modo bene dicitur *tantum Socrates*. Adverbium enim bene potest determinare nomen. Non enim est propria determinatio verbi, sed ut frequenter. Significat enim adverbium bene per modum specificantis et nomen per modum specificabilis qui duo
 20 modi bene sunt principia sufficientia istius constructionis.

221. Coniunctio enim bene habet constructionem cum primo constructibili ut cum dicitur *Socrates et Plato currunt*. Ex Socrate enim et Platone bene fit unum suppositum quod est primum constructibile. Efficitur enim ut unum per naturam ip-
 25 sius constructionis tamquam unum constructibile primum, et idem intelligo de similibus.

CAPUT LXII

De constructione inter suppositum et appositum:

»*Socrates currit*«.

30 222. Si autem aliquid dependet ad primum constructibile immediate, ita tamen quod ex alia parte extremi, hoc modo est

4 *omnis*] secundum grammaticum *add. V₂*. 7 *impertinenter*] imperfecte U
 insipienter W inconvenienter A improportionabiliter S₂M₁S₃ *om. V₂M₂*.

15 *coniunctio*] cum aliquo quod V₁EF. 16 *bene*²] *om. F.* 23-24 *suppositum*
 —unum] *om. R.*

constructio intransitiva quae est inter suppositum et appositum ut cum dicitur *Socrates currit, a me legitur, me legere*. Plures enim modi non sunt quibus possit fieri constructio intransitiva inter suppositum et appositum.

5 223. Et quod his tribus modis fiat, patet ex principiis nostris. Cum enim dicitur *Socrates currit*, dependentia qua dependet hoc quod est *currit* ad hoc quod est *Socrates* vadit et terminatur ad hoc quod est *Socrates*, quod est primum constructibile. Ergo est constructio intransitiva.

10 224. Et faciunt ad ipsam primo duo modi significandi essentialis generales nominis, scilicet huius quod est *Socrates* a parte suppositi, et verbi, scilicet huius quod est *currit*, a parte appositi, quia haec duo constructibilia ad constructionem habilitant.

225. Consequenter est modus significandi essentialis specialis
15 qui inclinat seu dependere facit hoc quod est *currit*, et universaliter omne verbum, ad suppositum. Et hunc intelligo modum significandi qui compositio dicitur, de qua apud omnes grammaticos factus est sermo; de qua etiam dicit Aristoteles I. Perihermeneias, cum dicit quod hoc verbum *est* significat quandam
20 compositionem quam sine extremis non est intelligere. Hoc bene verum est, quod sine extremis eam non contingit intelligere in actu, tamen contingit eam intelligere sine extremis in habitu, cum omnia constructibilia, antequam in constructione conveniant, suos modos significandi habeant. Et intelligo quod sicut
25 huiusmodi compositio est in hoc verbo *est*, ita etiam in quolibet

1 intransitiva] actus add. M₂. 2 legere] est bonum add. V₃. 3 non] om. V₃. 10 faciunt] om. S₁F. 12-15 a parte—currit] om. S₁. 17 omnes] om. V₁S₁ES₂. 18 primo] in libro S₂RS₃F libro add. V₂. Perihermeneias] capitulo de verbo add. V₁. 20 est] convenit F. intelligere] in actu add. UM₂ in actu id est sine extremis non contingit intelligere add. V₁. 20-21 Hoc—intelligere om. V₃WS₂S₃.

18 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 3 (ed. Meiser 5,10-11): esse consignificat autem quandam compositionem quam sine compositis non est intellegere. Aristoteles Peri herm. c. 3 (16b 24-25).

verbo, et non magis in illo quam in aliis. Modus autem significandi qui est compositio ex parte huius quod est *currit* proportionabilis est modo significandi qui est per modum per se stantis in hoc quod est *Socrates*.

5 226. Deinde est modus significandi finitus in hoc quod est *currit*, qui nihil aliud est quam qualitas inclinationis verbi quae est compositio ut superius dicebatur. Huic vero ex parte huius quod
 285 va est *Socrates* proportionabilis est modus || significandi qui dicitur casus, ita quod modo simpliciter respondet casus simpliciter. Quid
 10 ergo ex parte huius quod est *currit* respondet nominativo casui qui est in Socrate? Dico quod est modus significandi ut in altero.

227. Et tu dices forte quod fictus est, cum nulli auctorum de ipso umquam fecerunt mentionem. Dico quod ipsum non fingo, sed a re probō.

15 228. Iuxta quod notandum quod tripliciter contingit arguere modos significandi. Uno modo a re ipsa quasi a modis essendi, dicendo quod tales sunt modi essendi in re. Ergo ipsa res significata per vocem tales debet habere modos significandi, et hic est modus arguendi a causa, et forte non pertinet ad grammaticos,
 20 sed magis ad superiorem artificem utpote ad metaphysicum.

229. Alius est modus arguendi a constructione ut dicendo: haec constructio est talis, ergo habet tales modos significandi. Et est modus arguendi ab effectu. Et hic modus arguendi est grammatici. Ipse enim grammaticus tam constructionem quam
 25 modos significandi per se considerat.

230. Tertius est modus arguendi modos significandi in dictionibus, ut si per unum modum significandi arguatur sive probetur

2-3 qui est—significandi] *om.* V₁. 6 verbi] ad suppositum *add.* M₂. 9 modo] in verbo *add.* E finito *add.* R finiti *add.* M₁. simpliciter²] in verbo *add.* V₁. 12 auctorum] antiquorum V₃S₁ERFM₂ antiqui V₁V₂. 13 fingo] immo ipsum *add.* U. 14 sed] *om.* U immo *add.* V₃A. a re] directe A. 20 metaphysicum] metaphysicam M₁S₃ metaphysicos V₃ mathematicum E medicum A. 23 Et¹—effectum] *om.* V₃E. 23 arguendi²] ab effectu *add.* V₁. 24-25 Ipse—considerat] *om.* S₁. 27 si per] super F.

alter, sicut si per modum dependentis arguatur modus terminantis. Unde si dicatur in aliqua constructione: haec dictio habet modum significandi per modum dependentis, ergo reliqua habet modum terminantis, supposito quod sit constructio inter ipsas.

5 231. Tunc ad propositum: Omnis dictio habens constructionem cum alia per suum modum significandi requirit in alia proportionem sive proportionabilem modum significandi sibi correspondentem. Sed cum dicitur *Socrates currit* hoc quod est *Socrates* est nominativi casus. Ergo et hoc quod est *currit*
 10 habebit modum proportionabilem. Nominativus autem non est nisi ratio modi significandi alicuius ut in quo est alterum. Quare modus proportionabilis sibi erit modus significandi ut est in altero. Non enim potest sibi alium modum proportionabilem dare; quare et cetera.

15 232. Et confirmatur ratio in constructione genitivi. Dicimus quod genitivus est modus significandi ut cuius est alterum, et modus significandi sibi proportionabilis est modus significandi ut est alterius. Similiter dativus est modus significandi ut cui alterum attribuitur, et modus significandi sibi proportionabilis
 20 est ut ipsum alteri attribuitur. Similiter dico in proposito: si nominativus non est nisi modus significandi ut in quo est alterum, modus significandi sibi proportionabilis erit modus significandi ut in altero.

233. Et tu dicis quod auctores de illo nullam fecerunt mentionem. Dico quod quamvis ipsi expresse non posuerunt hunc modum significandi, tamen implicite fecerunt mentionem de ipso, determinantes de numero et persona in verbo, quia sufficienter habetur per hoc, ideo et cetera.

CAPUT LXIII

30 *De constructione inter suppositum et appositum:*
»a me legitur«.

234. Item cum dicitur *a me legitur*, constructio intransitiva est suppositi cum appposito ut suppono ad praesens. Dependencia

18-20 dativus—Similiter] *om.* V₃. 24 tu] forte *add.* V₁V₂. auctores] actores S₁.

enim omnis quae est in hoc quod est *legitur* terminatur ad hoc
 quod est *a me* quod est primum constructibile. Et intelligo
 285 vb quod principia || huius constructionis sunt omnes modi signifi-
 candi qui principiant constructionem praedictam cum dicitur
 5 *Socrates currit* praeter personam et numerum et nominativum
 casum et modum significandi sibi correspondentem; et adhuc alii
 duo modi istam constructionem principiant quae principia con-
 structionis praedicta non sunt, videlicet modus significandi ut
 ab altero et modus significandi ut a quo alterum. Sicut enim
 10 dicebatur superius, ablativus non est nisi modus significandi rei
 ut a quo est alterum. Et propter hoc in verbo impersonali quod
 est *legitur* debet esse modus significandi sibi proportionabilis
 qui dicitur modus significandi ut ab altero.

235. Et tu dicis quomodo inest hic modus significandi verbo
 15 impersonali, quia cum personale est, istum modum non habet,
 quia constructionem cum nominativo habet. Ergo ut videtur
 impersonatio est causa huius. Et probatio: quia cui acquiritur
 aliquis effectus, illi acquiritur aliquid de principio illius effectus.
 Effectus enim non datur sine aliquo suorum principiorum habentium
 20 causalitatem supra ipsum. Sed ex impersonatione acquiritur
 verbo constructio quam non habuit ante. Ergo hoc fit per
 aliquem modum significandi quem prius non habuit. Minor patet,
 quia *lego* vel *legit* non habet constructionem cum ablativo,
 sed *legitur* impersonaliter acceptum habet constructionem cum
 25 ablativo; quare et cetera.

236. Dico ad hoc quod ex impersonatione verbi non acquiritur
 aliquis modus significandi, quia non ens nullius est causa. Et si

2 intelligo] intellige M_1S_3 . 4 principiant] id est causant *add.* V_1V_2 . praedic-
 tam] antedictam W. 5 praeter] *om.* $US_1ES_2S_3F$. 7 quae] qui $S_2M_1S_3V_2$.
 9 ab altero] ablativus S_1 . a] in V_1UV_2F . alterum] ablativus est V_3 *om.* U.
 11 quo] qua $S_2M_1S_3F$. impersonali] personali S_1 . 11-15 quod est—imperso-
 nali] *om.* S_3 . 16 constructionem] ut in altero *add.* W. 17 impersonatio] im-
 personalitas V_1S_2 proportio V_3 imperfecta A. cui] cum F. 18 aliquis] verus
 F. 19 datur] causatur V_1 . 20 causalitatem] casualitatem F. impersona-
 tione] impersonalitate $S_2M_1S_3$. 21-22 ante—habuit] *om.* V_3 . 23 ablativo]
des. M_1 . 26 verbi] verbo M_2 . 27 aliquis] alius UA novus *add.* V_2 .
 causa] quare cum impersonatio non sit, non erit causa alterius *add.* WA.

nullius est causa, nec erit causa constructionis seu principium alicuius constructionis, et ideo impersonatio non est aliquis modus significandi verbi nec ex ipsa oritur verbo aliquis novus modus significandi. Unde nullus novus modus significandi acquiritur verbo ex hoc quod impersonatur, sicut nec oculo aliquid acquiritur per caecitatem quae nunquam natura aliqua positiva est.

237. Et cum dicitur: Cui aliquid acquiritur de effectu, illi acquiritur aliquid de principio illius effectus et cetera: concedo istam. Sed cum dicitur in minori quod per impersonationem aliqua constructio acquiritur verbo, dico per interemptionem.

238. Iuxta quod notandum quod si aliqua privatio sit in aliqua natura seu in aliquo subiecto cui acquiritur, effectus non est attribuendus privationi, sed magis naturae subiecti. Et est simile: si Socrates est dissimilis Platoni in eo quod Socrates est albus et Plato niger, tunc privetur album in Socrate, et posito quod non possit corrupti album in Socrate quin generetur nigrum, tunc ex privatione albedinis Socrates fit similis Platoni. Sed constat quod hoc non est attribuendum privationi albedinis, sed alii sicut subiecto quod est simile cum ipso. Et sic est in proposito: nam circumscripta persona in verbo adhuc verbum activum remanet activum, quod indifferenter potest comparari ad substantiam agentem ut in qua vel a qua. Et sic adhuc potest construi cum ablativo, quia quando privatur persona, privatur modo signifi-

3 oritur] acquiritur V_1M_2 erit F. 6 natura] nec U non S_3 nomina F universaliter A virtus V_3 verbo S_1 om. W. aliqua] aliquid U om. A. positiva] potentia UWS_3 impositum F positum A non add. W sub potentia add. R. 7 est] sit E om. UV_3S_3 . 10 istam] propositionem add. M_2 . impersonationem] impersonalitatem S_3 . 11 interemptionem] interpretationem V_1ER . 14 attribuendus] attribuendum V_1WS_3 . magis] nomine add. F. subiecti] subiectae $AS_2S_3V_2$ subiecto F substantiae V_1US_1ER . 16-17 et posito—Socrate] om. F. 19 hoc] haec terminatio F. non] om. F. sed] magis add. M_2 . 22 quod] quia $V_1UWS_3V_2$ ita quod M_2 sed A. indifferenter] differenter V_1F om. M_2 . 23 agentem] om. F. a qua] quam quidem indifferentiam auferebat persona superaddita verbo activo. Nam cogebat ipsum construi cum casuali significante subiectum ut in quo est add. V_1UV_3E . Et] persona add. F. 24 persona privatur] om. F.

candi ut in altero qui proportionatur nominativo. Et propter hoc bene potest construi cum modo significandi ut a quo est
 286 ra alterum qui est idem quod ablativus, || et hoc per modum significandi qui proportionatur ablativo qui est modus significandi
 5 alicuius ut ab altero est. Unde hoc non debet ascribi impersonationi, sed verbo activo.

CAPUT LXIV

De constructione inter suppositum et appositum: »me legere«.

239. De constructione vero quae est *me legere* dico quod in-
 10 transitiva est, quia dependentia huius quod est *legere* vadit ad primum constructibile quod est *li me*. Iuxta quod notandum quod suppositum in constructione grammaticali non est semper nominativus sive aliquid nominativi casus. Sed suppositum est simpliciter aliquid tale quod modum per se stantis habet, dum-
 15 modo possit proportionabiliter terminare omnes dependentias appositivi. Et quia hoc ita bene est obliquus sicut nominativus, ideo obliquus ita bene est suppositum sicut nominativus.

240. Et hoc patet etiam quia illud quod grammaticus appellat suppositum, hoc vocat dialecticus sive loycus subiectum, sed
 20 obliquus secundum loycum bene est subiectum ut patet in sillogismo ex obliquis, ideo et cetera.

241. Tunc dico quod dicendo *me legere* principia huius constructionis primo ut in aliis sunt duo modi significandi essentielles generales qui ista constructibilia ad constructionem habilitant
 25 quodammodo et informant ut prius dictum est. His autem super-

2 hoc] verbum *add.* V₁. 5-6 Unde—activo] *om.* U.

10 legere] videtur dubium et *add.* V₁US₂S₃V₂M₂. 12 grammaticali] intransitiva V₁V₂. 14 modum] modus S₁. 16-17 ideo—nominativus] *om.* UV₃. 20 secundum loycum] *om.* F. loycum] dialecticum V₃ quandoque *add.* US₃. 21 obliquis] facto *add.* V₁V₂ omnium contrariorum eadem est disciplina *add.* V₁AV₂. cetera] aliter est congrua (p. 109,9) —aliter dicere (p. 110,19) *add.* U. 22-25 Tunc dico—dictum est] *om.* E. 24-25 habilitant—et] habilitate quadam V₁S₁F. 25 quodammodo—informant] *om.* V₃WV₂.

25 Cf. p. 96,12.

adduntur duo modi significandi qui sunt modus dependentis quo verbum inclinatur primo ad substantiam qui compositio est ut dicebatur prius, et modus significandi per modum per se stantis quo suppositum radicaliter sive formaliter supponit. Et quia cum
 5 dicitur *me legere* li *legere* dependet simpliciter, non in ratione alicuius dependentiae sive habitudinis specialis, propter hoc dicitur dependere infinite et indeterminate. Hinc est quod in supposito non requirit nisi rationem terminandi simpliciter. Non enim requirit aliquam rationem specialem, ita quod habitudinem
 10 alicuius causae. Huiusmodi autem habitudinem simpliciter importat accusativus. Propter quod est competens constructio suppositi cum apposito dicendo *me legere*.

CAPUT LXV

*De constructione intransitiva a parte post cum verbis
 15 substantivis et vocativis.*

242. His habitis dicendum est de illis quae mediate constructionem habent cum supposito primo et per se, sicut cum dicitur *homo est animal* vel *homo currit bene*. Hoc enim quod est *animal* dependet per se ad suppositum quod est *homo* mediate,
 20 quia mediante hoc verbo *est*, ad quod per se et immediate habet dependentiam li *animal*; sicut est de hoc quod est *bene*, cum dicitur *Socrates currit bene*.

243. Iuxta quod notandum quod omnes huiusmodi constructiones, quae sic fiunt a parte post per intransitionem, cum ipso
 25 verbo fiunt per quaedam generalia et communia principia, quae sunt modi significandi per modum determinabilis et per modum determinantis. Et hoc contingit dupliciter: vel per appositionem

4 radicaliter] rationabiliter V_3 . sive formaliter] et realiter V_2 et realiter *add.* V_1 . 5 non] est *add.* V_3F . 6-7 sive—dependere] *om.* R. 8-9 terminandi—rationem] *om.* V_1UR . 10 alicuius—habitudinem] *om.* V_3 . causae] esse F. importat] simpliciter *add.* $V_1S_2V_2$. 11 suppositi cum apposito] infinitivi cum accusativo UEM_2 .

17 supposito] non *add.* $US_2RS_3M_2$. primo] a parte post W. 24 per intransitionem] intransitive $V_1S_2S_3$. 25 principia] participia F. 27 appositionem] oppositionem S_1 .

sive determinationem partis declinabilis quae verbo additur a parte post, vel per additionem sive determinationem partis indeclinabilis. Primo modo est constructio intransitiva a parte post cum verbis substantivis et vocativis vel cum aliquibus verbis vim eorum habentibus.

244. Cum verbis substantivis ut dicendo *homo est animal*, *homo est risibilis*, *homo est legens*, quia sicut supra dictum 286 rb est, verbum substantivum significat essentiam generaliter || acceptam potentem specificari per rationem cuiuslibet generis et 10 praedicamenti. Unde non dicitur verbum substantivum ex eo quod per se stat sicut nomen substantivum, sed ex eo quod potest substare specificationi cuiuslibet specificantis. Illud ergo quod significat per modum specificabilis respectu specificantis, constructionem potest habere cum quolibet specificante. Sed ver- 15 bum substantivum est huiusmodi. Quare omnes constructiones praedictae cum verbo substantivo competentes sunt.

245. Similiter fit constructio cum verbis vocativis, dicendo *vocor Iohannes* et cetera, quia sicut verbum substantivum significat essentiam generalem potentem specificari per quamlibet 20 essentiam specialem, sic verbum vocativum significat vocationem generalem potentem specificari per quamlibet specialem vocationem; quare cum haec proportio est specificabilis cum suo specificante, ut cum dicitur *vocor Iohannes* sicut ex alia parte cum dicitur *sum Iohannes*, ideo competens est constructio dicendo 25 *vocor Iohannes*.

246. Dictum est etiam quod quaedam habent similem vim cum verbis substantivis et vocativis cuiusmodi sunt *nuncupor*, *nominor*, *vocor*, *dicor*, *appellor*, *existo* et *fiō*. Unde haec verba habent constructionem similem. Dicitur enim bene *nuncupor*

1-2 declinabilis—partis] *om.* V₃F. 2 post] sicut homo est animal *add.* W. indeclinabilis] ut Socrates currit bene *add.* W quae verbo additur a parte post *add.* V₁ARV₂. 6 verbis] *om.* F. 7 risibilis] homo est albus *add.* V₁ homo est meus *add.* WEF. legens] amans E magnus et loquens A docens V₂ vivus M₂ equus est meus *add.* V₁V₂ homo est egens *add.* M₂. 9 rationem] rem V₁RS₃FV₂. 12 specificantis] praedicamenti F. 18 Iohannes] Petrus UV₃WS₁S₂RS₃FV₂ Hericus A. 26 etiam] *om.* UV₃. 27 cum] *om.* V₁S₁F.

Petrus vel appellor Iohannes vel Romanus vel Dacus et sic de aliis. Ex quibus omnibus colligere debes quod principia huius constructionis per se sunt modus specificantis et modus specificabilis.

5

CAPUT LXVI

De constructione intransitiva a parte post cum adverbis.

247. Si autem dependeat pars indeclinabilis per se ad subiectum sive suppositum et hoc mediate, quia mediante illo quod per se dependet ad ipsum, hoc contingit multis modis secundum
10 diversa genera determinationum. Cum enim adverbia sunt per se determinativa ipsius quod per se est appositum et diversa adverbia diversimode determinant, manifestum est quod diversae erunt constructiones per illos modos significandi.

248. De his ergo aliquantulum per ordinem videamus. Iuxta
15 quod primo est notandum quod adverbium hoc modo est determinativum ipsius verbi, cum sit vi verbi adiectivum, quod autem ipsum adverbium determinet verbum gratia rei aut gratia alicuius modi significandi sui.

249. Si gratia rei, sic sunt adverbia qualitatis sive rem verbi
20 qualificantia ut *bene, male* et cetera, quod patet dicendo *scribit bene, scribit male* et cetera. Ex quo patet evidenter quod principia huius constructionis, post primos duos modos significandi, hinc et inde sunt modus qualificabilis ex parte rei verbi et modus qualificantis ex parte ipsius adverbii.

25 250. Si autem adverbium determinat verbum gratia alicuius sui modi significandi, hoc est aut ratione primi modi significandi aut ratione posteriorum. Primo modo quodlibet adverbium unde

1 Iohannes] Petrus V₁V₂ Martinus V₃ Conradus M₂ om. US₂S₃. Romanus] om. V₃ES₂. Dacus] om. V₁V₃EV₂M₂.

7 per se] om. V₁M₂. 10 determinationum] dictionum V₂. 17 gratia¹] ratione UAR. rei] verbi add. V₁URS₃V₂. 19 rei] verbi add. V₁U. sive—verbi] om. V₃E. 20-21 quod—cetera] om. UV₃. 21 male] legem date prudenter add. V₁. 23 hinc et inde] qui sunt modus specificantis et modus specificabilis UEF. 24 adverbii] qualificantis add. F.

adverbium est cuiuslibet verbi determinativum <et verbum> unde verbum est causa adverbii, cum adverbium est vi verbi adiectivum. Et secundum hunc modum principia talium constructionum generaliter loquendo sunt tantum duo modi significandi essentialiter generales, scilicet verbi et adverbii.

251. Si autem hoc fit gratia alicuius posteriorum modorum
 286 va significandi: || aut hoc est ratione compositionis aut ratione modi finiti et sic de aliis. Si ratione compositionis, hoc est tripliciter. Vel ipsa adverbia exprimunt modum secundum quem actus est
 10 inhaerens, id est exprimunt inhaerentiam determinatam quod pro eodem habeo. Et patet quod principia huius constructionis hoc modo sunt modus qualificandi inhaerentiam ex parte adverbii, et proportionabilis sibi modus est compositio verbalis per modum qualificabilis intellecta.

15 252. Secundo modo adverbia ratione compositionis verba determinant exprimendo modum affirmationis circa compositionem, et hoc modo sunt adverbia affirmandi quae constructionem habent cum verbo, dicendo *certe scribit, immo scribit, etiam legit*, et huiusmodi constructionum principia sunt modus affir-
 20 mandi seu modus asserendi ex parte adverbii et compositio verbalis intellecta sub modo affirmabilis.

253. Tertio modo adverbia habent constructionem cum verbo ratione compositionis exprimendo circa compositionem verbi negationem seu modum deassertionis, et hoc modo adverbia
 25 negandi constructionem habent cum verbo, dicendo *non curro*,

1 verbi] adiectivum sive *add.* W. 2 est¹—adiectivum] *om.* E. causa—adiectivum] *om.* V₁V₂M₂. causa] *om.* V₃WS₁AR. adverbii] adverbium V₃A *om.* WS₁R. cum] unde V₃WAS₂RS₃. adverbium] verbum UV₃ unde adverbium *add.* S₁. vi] *om.* V₃WS₁A. verbi] *om.* U. adiectivum] determinativum V₃WS₁S₂S₃ determinatio A unde verbum *add.* S₁. 10 inhaerentiam] praedicali ad subiectum et hoc sunt adverbia qualitatis quae sunt «contingenter, necessario, possibiliter et cetera» construuntur cum verbo eiusdem compositionem seu inhaerentiam *add.* V₁. determinatam] determinantia V₁. 11 habeo] et sic sunt huiusmodi VI necessario, possibiliter, impossibiliter, contingenter, vero falso *add.* E. 16 affirmationis] assertionis V₁US₁E. 17 constructionem] compositionem V₂M₂. 18 scribit¹] stabit F. immo] in me F. 21 affirmabilis] ex parte verbi *add.* E.

non scribo. Cuius constructionis principia sunt modi deasserendi sive negandi ex parte adverbii et compositio ipsius verbi per modum negabilis intellecta.

254. Item si adverbia determinant verbum ratione modi, sic sunt adverbia hortandi quae per se habent proportionem cum verbis imperativi modi, vel sunt adverbia optandi quae proportionantur optativo modo, et sic de aliis de quibus superius dictum est.

255. Similiter intellige de adverbii comparandi quae quantum ad suum modum significandi proportionantur comparationi in verbo, et idem intelligas de omnibus adverbii de quibus singillatim superius dictum est. Unde non de omnibus ad praesens inductionem facio, sed visa natura quorumdam de omnibus aliis ipsa unicuique intuenti natura manifesta est. De interiectionibus etiam intellige suo modo. Nam Priscianus interiectionem sub adverbio comprehendit.

CAPUT LXVII

De congruitate in communi.

256. Habita natura constructionis in se et in suis partibus et principiis consequenter videndum est de ultimis duabus aliis passionibus in grammatica consideratis cuiusmodi sunt congruitas et perfectio. Et prius de congruitate quam de perfectione, quia perfectio congruitatem praesupponit et non e converso ut postea patebit, ideo et cetera.

257. Primitus est notandum quod congruitas in grammatica non est aliud quam passio grammaticae ex proportione seu conformitate modorum significandi causata. Et per oppositum in-

1 scribo] lego V₁EV₂ studet R amo U. 2 verbi] adverbii S₃F. 3 negabilis] negationis AR negandi S₃V₂. 4 sic] vel non *add.* F. 7-10 optativo—proportionantur] *om.* R. 12 non] *om.* F. 13 inductionem] mentionem ES₂RS₃. natura] uniformiter *add.* F. 15 suo] simili UE.

20 passionibus] ultimo *add.* F. 27-2 (p. 109) causata—significandi] *om.* S₁.

15 Priscianus Instit. gram. XV c. 7 n. 40 (ed. M. Hertz II 90,6): Interiectionem Graeci inter adverbia ponunt.

congruitas causatur ex improportione et inconformitate modorum significandi. Et tunc est intelligendum quod sicut in genere causatur congruitas ex proportione modorum significandi generalium constructionum, sic alia et alia congruitas constructionum specialium causatur ex alia et alia proportione modorum significandi, ita quod alia est congruitas quae est inter suppositum et appositum et alia est congruitas quae est inter determinans et determinabile, ita quod constructio quae est inter suppositum et appositum aliter est congrua, quia ex proportione aliorum modorum significandi causata est, et ex alia proportione aliorum modorum significandi est causata || congruitas determinationis cum determinabili. Et quia constructio potissima est quae est inter suppositum et appositum, ideo de eius congruitate prius videamus.

15

CAPUT LXVIII

De principiis congruitatis inter suppositum et appositum secundum opinionem aliorum.

258. Iuxta quod notandum quod quidam dicunt quod principia huius congruitatis sunt sex accidentia correlativa: tria ex parte suppositi et tria ex parte appositi. Ex parte suppositi: numerus, persona, casus rectus. Ex parte appositi: numerus correspondens numero in supposito, persona personae, modus finitus recto casui. Per hoc autem quod dicunt personam correspondere personae, excludunt hanc constructionem *Socrates scribo*. Per hoc autem quod dicunt numerum numero, excludunt illam *Socrates currunt*. Per hoc autem quod dicunt modum finitum correspondere casui recto, excludunt illam *Socrates currere* vel *Socratem curro*.

1 inconformitate] disconformitate UR difformitate S₂S₃. 5-9 ex alia—appositum] om. R. 6-8 ita quod—quae] om. U. 6-8 alia est—ita quod] om. V₃WS₁AS₂V₂. 7-9 et alia—appositum] om. S₃. 9 aliter] alia UES₂M₂ aut S₁. quia] quam S₂RS₃F. 9-10 proportione—ex] om. UV₃. 11-12 significandi—determinabili] om. R. 13 ideo] iam add. E.

19 correlativa] corresponsorica U contraria V₃ correspondentia WS₃ corruptiva R corresponsorica V₂. 21 persona—numerus] om. WS₃. 23-22 (p. 110) Per hoc—supposito] om. U. 24 scribo] curro V₁V₃RS₃V₂M₂.

259. Sed ista non sunt principia sufficientia congruitatis in huiusmodi constructione. Probatio: quia si essent principia sufficientia congruitatis, haec esset congrua *albus currit*, quia ibi concurret conformitas sex accidentium dictorum, numerus scilicet
 5 correspondens numero, persona personae et modus finitus casui recto, et tamen haec est incongrua *albus currit*. Probatio: quia soloecismus fit dupliciter: uno modo substantialis, alio modo accidentalis. Accidentaliter cum ponitur accidens pro accidente ut *Priscianus scribo*: ecce ibi ponitur tertia persona pro prima.
 10 Soloecismus autem substantialis fit dupliciter: uno modo quando pars ponitur pro parte alia ut nomen pro adverbio ut *sublime volat* pro *sublimiter*. Alio modo quando ponitur species pro alia specie eiusdem partis ut adiectivum pro substantivo. Sed sic est hic. Ponitur enim adiectivum pro substantivo. Nam *albus* poni-
 15 tur loco suppositi.

CAPUT LXIX

De principis congruitatis inter suppositum et appositum secundum opinionem propriam.

260. Propter quod oportet addere et aliter dicere. Unde dico
 20 quod principia congruitatis in constructione potissima sunt numerus in appposito correspondens numero in supposito et persona personae et modus finitus casui recto in supposito. Unde sicut prius visum est nominativo in supposito non respondet modus simpliciter in verbo, sed aliquid aliud specialius quod est modus
 25 ut in altero de quo dictum est.

261. Praeter autem principia praedicta oportet ponere principia congruitatis, scilicet modos significandi essentiales quantum

1-3 in—congruitatis] *om.* S₁. 4 conformitas] *hic* V₄ et N *revertuntur ad p.* 101,12. 7 substantialis] substantialiter V₂ specialis *add.* F. 8 accidentaliter V₂. 12 sublimiter] *volat add.* V₃RV₄M₂. 13-14 sed—substantivo] *om.* V₄N. 15 suppositi] sed suppositum non est aliud nisi nomen substantivum *add.* M₂.

21-22 et persona—supposito] *om.* N. 22-23 Unde—supposito] *om.* V₄. 23 modus] finitus *add.* UV₃. 24 verbo] finito *add.* M₂. 26 ponere] alia *add.* AM₂.

9 Priscianus Instit. gram. XVII c. 12 n. 75 (ed. M. Hertz II 151,5-8).
 11-12 Priscianus Instit. gram. XVII c. 10 n. 69 (ed. M. Hertz II 148,19).

ad ipsorum proportionem quod patet dicendo *homo currit*. Ibi enim non solum est proportio dictorum modorum significandi accidentalium, verum etiam modorum essentialium. Hoc enim quod est *homo* praeter hoc quod est singularis numeri, tertiae
 5 personae et nominativi casus, adhuc bene est nomen et tale nomen quia nomen substantivum; significat enim substantive grammatice loquendo. Appellantur autem modi significandi essentielles, ratione quorum dictiones ponuntur in speciem partis, ut significare substantive, significare adiective, significare commu-
 10 niter, significare proprie. Unde in aliquibus constructionibus requiritur modus per se stantis, in aliquibus modus adiacentis et sic de aliis.

262. Quod hoc sit verum, patet. Per hoc enim quod dico quod
 287 ra requiritur quod aliquid significat substantive, excludo || istam
 15 *albus currit* quod patet, quia hoc quod dico *albus* significat adiective et non substantive. Per hoc quod dico adiective, excludo illam *Socrates Plato* et forte istam *animal homo* secundum intentionem quorundam, quia utrumque substantive significat et hoc quod est *homo* ponitur ibi adiective et ideo est inordina-
 20 tio ibi. Per hoc quod dico significare communiter, excludo istam *omnis Socrates* quia hoc quod dico *Socrates* significat proprie et non communiter et tamen ponitur significare ut communiter. Per hoc autem quod dico proprie, forte potest excludi illa *vado ecclesiam*, quia *ecclesia* non significat proprie, sed communiter
 25 in ratione termini, et tamen hic denotatur significare proprie. Unde credo illam esse congruam *vado Romam*, istam autem incongruam *vado ecclesiam*, quia *vado* motum localem significat, cuius terminus est nomen proprium loci significans per modum termini appropriati, *ecclesia* autem non sic est terminus
 30 proprius. Cuius causa est manifesta in re, et signum evidens est, quia *ecclesia* non potest construi cum li *vado* sine praeposi-

4 praeter] propter V₄N. 6 substantive] substantiam V₃WV₄M₂. 8 partis] et non in parte simpliciter add. S₃. 17 Socrates] et add. AV₂M₂ [post. del. M₂]. Plato] currit add. S₂V₂M₂ currunt add. S₃. 22 et non communiter] om. E. communiter¹] et li omnis significat communiter add. N. et tamen—communiter] om. NM₂. 23-27 Per hoc—ecclesiam] om. U. 25-27 et tamen—ecclesiam] om. M₂. 25 tamen hic] cum hoc RV₄N. denotatur] denominatur V₁US₁EV₄ denotat V₂.

tione. Unde sicut dictum est de istis modis significandi essentialibus, ita intelligas de omnibus aliis modis significandi essentialibus suo modo. Nunc ergo in universali recolligas quod principium congruitatis per se est proportio modorum significandi.

5

CAPUT LXX

De perfectione sermonis secundum opinionem aliorum.

263. Viso de congruitate videndum est de perfectione quae videlicet sint eius principia. Et dicunt quidam quod principia perfectionis sunt ista, scilicet suppositum et appositum, et quod
10 suppositum sit per se stans et fixum, et quod appositum sit modi finiti. Per hoc quod dicunt suppositum, excludunt illam *currit*, per hoc quod est fixum et per se stans, excludunt illam *albus currit*. Per hoc quod dicunt modi finiti, excludunt illam *Socrates currere*.

15 264. Et illi qui sic dicunt, supponunt quod perfectio non praesupponat congruitatem, quia omnia illa principia reperiuntur in figurativa constructione, scilicet suppositum et appositum, et quod suppositum sit per se stans et fixum, et appositum modi finiti. Et isti etiam plus dicunt. Dicunt enim quod figurativa
20 constructio plus est congrua et perfecta quam non figurativa, ut ista *turba ruunt* quam ista *turba ruit*, quia magis movet intellectum quam non figurativa ut ipsi dicunt.

265. Sed isti non videntur dicere sufficienter, quia si dicatur *Catonis est*, hic sunt omnia principia quae ipsi ponunt esse

1 istis] quatuor S₁. 2 ita—essentialibus] om. V₃.

7 congruitate] consequenter add. F. 11-12 excludunt—et] om. U. 11-13 illam—excludunt] om. S₃. 13 currit] om. F. dicunt] quod appositum sit add. V₄N. 16 reperiuntur] om. EM₂. in] ad U ibi E. 17 figurativa constructione] significativa constructione U congruitate constructionis A congruis constructionibus V₂ substantia V₄N istis F tribus V₃ vidistis E instantivis (?) S₁ incongruis W constructionibus sive figurativa add. in marg. W. scilicet] inter S₃ om. V₃. 20-22 ut—figurativa] om. UM₂. 21-22 quia—dicunt] om. V₄.

21 Ovidius Heroides (ed. Palmer) XII, 143. 24 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἐρμηνείας* c. 2 (ed. Meiser 4,24).

principia perfectionis, scilicet suppositum per se stans et fixum et appositum modi finiti et tamen non est perfecta. Probatio: quia omnis enuntiativa et indicativa significat verum vel falsum. Ergo a destructione consequentis quod non significat verum vel
 5 falsum, non est oratio perfecta et indicativa. Sed ista *Catonis est* nec vera nec falsa est. Ergo non est perfecta nec indicativa.
 287^{rb} Sed constat quod || est indicativa. Ergo illa negatio cadit supra perfectionem, et ideo non est perfecta, et tamen ibi cadunt omnia principia quae ipsi ponunt esse principia perfectionis, scilicet
 10 suppositum per se stans et fixum et appositum modi finiti. Ergo manifestum est quod male et insufficienter ponunt principia perfectionis.

CAPUT LXXI

De perfectione sermonis secundum opinionem propriam.

15 266. Propter quod aliter oportet dicere, scilicet quod principia perfectionis sunt omnia praedicta quae exiguntur ad congruitatem, et super ista principia addit perfectio finitationem mutui respectus partium orationis. Et quia finitatio mutui respectus partium orationis consistit in apprehensione suppositi cum appo-
 20 sito, ideo requiritur suppositum cum apposito.

267. Et quod hoc sit verum, patet, quia uno modo perfectum est istud quod attingit proprium finem, ut patet V. *Meta-physicae*. Sed finis perfectae orationis est perfectus sensus in animo auditoris, qui haberi non potest sine supposito et apposito,

3 omnis] constructio *add.* V₁V₂ oratio *add.* S₂ *om.* V₄N. 4 a destructione] ad destructionem URV₄V₂M₂ ad distributionem V₃ antecedentis sequitur destructio *add.* V₄N. 5-6 Sed—indicativa] *om.* UVF₄. 8 cadunt] addunt S₁. 9-11 scilicet—perfectionis] *om.* EM₂. 11 manifestum] maximum V₃ verum A patet URS₃V₂.

15-16 Propter—perfectionis] *om.* N. 18-19 Et—orationis] *om.* UWAV₄N. 20 ideo—apposito] *om.* V₄. suppositum] suppositi URS₃. apposito] compositio *add.* US₃ compositio ad perfectionem constructionis *add.* R. 22 proprium finem] proprio fini F. 23 perfectae] *om.* F.

21 Aristoteles *Met.* V t. 21 (A c. 16 1021b 23-24). 23-24 Priscianus *Instit. gram.* II c. 4 n. 15 (ed. M. Hertz I 53,28-29): Oratio est ordinatio dictionum congrua, sententiam perfectam demonstrans.

quare et cetera. Unde oratio dicitur perfecta, quando anima quiescit super ipsam. Sed si proferatur suppositum solum ut *homo* vel *homo albus* vel dicendo *si Socrates currit*, fluctuat anima et vacillat et non quiescit, quia suppositum est nullius
 5 termini determinati in hac oratione. Licet enim sit per se stans absolute, tamen per comparisonem ad animam, ut anima super aliquod perfectum quiescat, debet habere appositum, ut per ipsum finitetur et quiescat anima super orationem. Et quia ibi debet esse finitatio a parte appositi, exigitur quod sit modi finiti.

10 268. Et quia appositum habet dependentiam ad suppositum, aliquando ut in quo est, aliquando ut a quo causatur, aliquando ut est terminus dependentiae simpliciter, ideo oportet quod suppositum sit tale quod possit omnino finitare dependentiam appositi. Ideo oportet quod sit finitum quantum ad dependentem sub
 15 stantiam et quod sit per se stans et fixum sicut *homo* et nomina substantiva, non sicut *albus*. Ideo oportet quod non habeat dispositiones repugnantes rationi suppositi, cuiusmodi est genitivus vel dativus casus.

269. Tunc notandum quod per hoc quod dico finitatio mutui
 20 respectus, excludo istam *si Socrates currit*, quia non finitatur respectus huius quod dico *si*, sed finitatur per consequens dicendo *si currit, movetur*. Ex quo patet quod ad perfectionem orationis exigitur quod in oratione nulla sit dependentia quae non sit terminata. Per hoc quod dico suppositum, excludo istam
 25 *currit bene*. Per hoc quod dico quod suppositum debet esse per se stans, excludo istam *albus currit*. Per hoc quod dico quod suppositum debet esse debitae dispositionis, excludo hanc *Catonis est*. Per hoc quod dico quod ad orationem perfectam exigi-

1 anima] animus AV₂ auditoris add. V₂. 4 non] om. V₃F. 5 enim] suppositum add. F. 6 super] sit F. 8 finitetur] perficiatur U imitetur E. 9 finitatio] affinitatio E perfecta constructio U terminatio falsitatis S₃. modi finiti] modus finitus F. 11 causatur] exemplum homo currit, a me legitur add. W. 13-15 tale—sit] om. M₂. 13 finitare] finire V₁UV₃E. 14 finitum] finitatio E fixum A diffinitum R. 16 non] adiectiva add. W om. V₃. 17 rationi] rationem V₃ES₃ ratione US₂RM₂ termini add. U. 25-27 esse—debet] om. UV₃E. 27 debitae] determinatae V₄NM₂. dispositionis] apprehensionis V₄N.

tur appositum excluditur ista *homo albus*. Per hoc quod dico quod appositum debet esse modi finiti, excludo istam *Socrates currere*, quae forte est imperfecta, quia nihil perfectum per ipsam apprehenditur, de quo statim alibi fiet sermo.

- 5 270. Ex iam dictis patet quod perfectio praesupponit congruitatem, quia perfectio requirit principia congruitatis et super illa addit propria principia, et ideo principia perfectionis praesupponunt principia congruitatis, et ita perfectio congruitatem praesupponit. Et haec ad praesens de grammatica dicta suffi-
10 ciant.

1 albus] *om.* F. 3 perfectum] est quod *add.* V₄N. 4 fiet] fiat V₁URS₃ fit EM₂ facta est V₂. 5-6 congruitatem—perfectio] *om.* V₁S₃. 6-8 et super—congruitatis] *om.* N. 7-8 et ideo—principia] *om.* M₂. 9 praesupponit] Deo gratias explicit *add.* W. Et—sufficiant] *om.* W₁V₄. de grammatica] *om.* V₃-grammatica] speculativa *add.* E. sufficiant] Amen *add.* V₁ et in hoc est finis *add.* R Finito scripto sit laus et gloria deo *add.* F.

APPENDIX

Constructio est passio constructibilium. Priscianus tamen dif-
finit eam sic: Constructio est congrua dictionum ordinatio.
Quidam antiquus expositor Prisciani Minoris dicit, quod con-
structio prout accipitur in grammatica est ratio exigentiae unius
5 dictionis ad alteram. Ego autem credo primo membro, scilicet
quod constructio sit passio constructibilium. Sed cum omnis con-
structio aut sit transitiva aut intransitiva — nam ad has duas
reducuntur omnes speciales constructiones — aut ergo construc-
tabilia sic se habent quod ipsa constructibilia denotantur per
10 suos modos significandi unum ut idem alteri ut praedicato subiec-
tum, et sic est constructio intransitiva. Constructio intransitiva est
in qua dictiones positae pertinent ad eandem personam vel ut ad
eandem. Aut ipsa constructibilia denotantur unum ut diversum
alteri vel diversum ab altero, et sic est constructio transitiva.
15 Constructio enim transitiva est in qua omnes dictiones positae
pertinent ad diversas personas vel ut ad diversas personas. Pos-
sumus autem aliter dicere et hoc sic: constructibilia inter se non
requirunt ut ambo sint dependentia, sed sufficit quod unum sit
dependens, alterum vero determinans illam dependentiam.
20 Unde oportet quod unum se habeat in ratione dependentiae et
alterum se habeat in ratione termini illius dependentiae. Tunc
ergo illa constructibilia denotant vel dependent unum ut idem
alteri, et sic est constructio intransitiva. Aut ipsa denotant unum
ut diversum alteri et sic constructio transitiva.
25 Iuxta quod notandum quod universaliter constructio intransi-

1 *Quae sequuntur, p. 85,4 add. M₁S₃FGQ inc. V₄. tamen] om. S₃. 2 eam] om. V₄. 3 Prisciani] Priscianus S₃F. 5 alteram] aliam V₄F dictionem add. V₄. 6 constructio¹] oratio F. 9 denotantur] dominant V₄. per] om. V₄. 10 ut praedicato subiectum] om. V₄F. 11 Constructio²] autem add. M₁S₃ enim add. F. 12 vel] rem vel add. V₄. 13 denotantur] dominantur V₄. 14 vel diversum] in diverso V₄. diversum] om. M₁. 16 vel—personas²] om. M₁V₄. 22 denotant] dominant V₄. denotant vel dependent] sunt F. vel dependent unum] om. V₄. 23-24 intransitiva—constructio] om. M₁. 25 intransitiva transitiva M₁F.*

tiva fit per modos significandi essentialia. Cuius probatio est: illud dependet ad alterum ut essentialiter dependens quod dependet ad aliud ut idem ei. Nam si non sequitur, da oppositum: ergo quae sunt diversa, ad invicem dependent ut essentialiter; ⁵ ergo album et nigrum, cum sint diversa, dependent ut essentialiter ad invicem quod falsum est. Ergo primum est verum, scilicet eius oppositum, quod id, quod dependet ad alterum ut essentialiter dependens, ad illud dependet ut idem ei.

Sed ita constructio intransitiva habet fieri semper per modos ¹⁰ significandi essentialia. Hi autem modi significandi sunt diversi ut diversi, ut superius visum est.

Et sciendum quod modi significandi essentialia ad constructionem intransitivam non sufficiunt semper per se. Tamen sunt principia materialia constructionis intransitivae; formalia autem ¹⁵ sunt modi accidentales. Sed hoc solum quantum ego intelligo est inter partes declinabiles. Sed inter partem declinabilem et indeclinabilem bene sufficiunt modi significandi essentialia ut inter verbum et adverbium et cetera.

Notandum quod constructio transitiva fit per modos significandi ²⁰ accidentales. Sed hoc dupliciter: vel enim fit illa constructio per modos significandi qui pluribus partibus sunt communes, et sic est constructio transitiva personarum ut *similis tibi* vel *simili tibi* vel *similem tibi* vel *similis aliis*; omnes enim constructiones illae fiunt per idem principium exigentiae. Vel etiam ²⁵ ista constructio fit per modum significandi a parte exigentis qui est modus transeuntis in aliud. A parte vero exacti est modus significandi alicuius se habentis in ratione termini huius transitus qui est modus accusativi, et sic est constructio transitiva accusativi ut *lego librum*. Et haec solum constructio debetur ³⁰ verbo et participio cum accusativo a parte post quia hae duae par-

1 fit per] semper V₄. essentialia] universales V₄. 2-3 quod—ei] requirit modos universales ut idem est dependens V₄. 3 si non] om. V₄. 5 diversa] opposita V₄. 8 ei] sibi F. 9 Sed] nec V₄. intransitiva] transitiva V₄. 10 significandi²] essentialia add. F. 11 ut diversi] om. V₄. 14 materialia] essentialia V₄. 16 partes—inter] om. V₄. 17 essentialia] accidentales V₄. 22 personarum] personaliter V₄. 22-23 similis—aliis] similiter V₄. 23 simili] similiter S₃. similem] similior S₃. 24 illae] om. F. 25 ista] ita F. exigentis] antecedentis V₄. 25-26 qui—vero] om. V₄. 27 termini] respectu add. S₃F.

tes habent constructionem quae est modus transeundi in aliud, et hoc in accusativum solum a parte post. Et non dico quod omnis constructio verbi cum obliquo quolibet a parte post fit per significationem accidentalem, sed haec constructio quam habet cum
 5 accusativo. Unde per unum et idem principium construitur nomen cum genitivo, dativo, accusativo et ablativo per quod construitur verbum et participium, similiter adverbium et pronomen. Et hoc est quod dicit Priscianus in fine sui Minoris cum dicit: Quamvis si quis hoc attentius inspiciat.

1 habent] hanc *add.* F. 2 solum] modo *add.* F. 3 obliquo quolibet] quolibet aliquo F. fit] sic F. 4 quam habet] *om.* F. 5 Unde] unum_{M₁S₃}.
 6 nomen] *om.* V₄. dativo] *om.* V₄. 8 dicit] ostendit F. sui] secundi V₄F.
 9 quamvis] *om.* V₄. attentius] attente V₄ *om.* M₁ in accidente F.

9 Priscianus Instit. gram. XVIII c. 15 n. 131 (ed. M. Hertz II 268,29.)

**QUAESTIONES
SUPER LIBRUM PORPHYRII**

Quaestio 1.

102 ra || Circa librum Porphyrii quaedam sunt inquirenda. Et quaeratur primo quid sit subiectum libri Porphyrii. Consuevit dici quod universale.

5 Contra quod arguitur sic:

1. Illud quod <est> subiectum in omni scientia, non erit subiectum alicuius scientiae specialis. Sed universale est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior plana est. Minor declaratur: nam omne quod est, aut est universale aut singulare. Sed nulla scientia est
10 de singulari. Ergo omnis scientia est de universali. Et patet ratio.

2. Item: subiectum scientiae debet esse notum. Sed universale non est notum. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam si esset notum, non esset notum nisi ab intellectu. Sed hoc non potest esse verum. Nam nihil est <in> intellectu secundum
15 Philosophum, nisi quod prius fuerit in sensu. Sed universale non fuit in sensu, quia solum singulare est quod sentitur. Et patet ratio.

3. Item: omne quod est universale, est unum istorum: genus, species et cetera. Si universale est subiectum et cetera, sic sequitur unum istorum quinque esse subiectum huius scientiae. Consequens est falsum, ergo antecedens. Si aliquis dicat quod ista quinque sunt subiectum huius scientiae, hoc non potest esse. Nam unitas scientiae sumitur ab unitate subiecti. Et patet ratio.

Ad quaestionem dicendum quod universale praedicabile in
25 quantum habet rationem praedicandi de his quinque et in quo ista quinque habent convenientiam velut in una communi ratione praedicabilis est subiectum de quo est ista scientia. Cuius declaratio est: nam illud debet esse subiectum in scientia, cui

14-15 Aristoteles De sensu et sensato c. 6 (445 b 16).

16 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) I c. 11 CSEL XXXXVIII 167,5-6: alio modo uniuersale est, cum cogitatur, alio singulare, cum sentitur in rebus his in quibus esse suum habet.

attribuuntur ut partes vel ut passiones partium vel alio quocumque modo omnia quae determinantur in scientia. Universale est huiusmodi.

Et nota, quod ista universalia conveniunt in hoc nomine
 5 universale in quantum habet rationem praedicabilis. Nam unum-
 quodque istorum est praedicabile et aptum natum de pluribus
 praedicari.

Ad primam rationem in contrarium dicendum quod hoc no-
 men universale consuevit accipi dupliciter: uno modo pro eo
 10 quod est subiectum universalitatis ut pro re ipsa, sicut si album
 sumitur pro corpore albo. Et sic est subiectum in omni scientia
 ab ista scientia. Alio modo pro ipsa ratione universalitatis sive
 pro forma quam significat hoc vocabulum universale. Et sic
 est tantummodo subiectum huius scientiae.

15 Ad secundum: cum dicit quod subiectum debet esse notum,
 concedendo. Sed cum dicit quod universale non est notum, in-
 terimo dicendo quod est notum ab intellectu. Nam est obiectum
 ipsius intellectus. Sed cum dicit quod nihil est in intellectu nisi
 quod prius fuerit in sensu, ad hoc dico uno modo per interemp-
 20 tionem dicens quod ipsum universale prout rationem propriam
 respicit et non rem ut patet in hoc exemplo: homo est species,
 cognoscitur ab intellectu, non tamen prius fuerat in aliquo sensu
 sensibile.

Vel dicendum quod debet intelligi sic: nihil est in intellectu
 25 nisi quod prius fuerit et cetera, verum est ordine quodam sive
 concomitative vel in se vel in alio, hoc est in sua forma vel
 principio.

Ad tertium quod omne quod est universale et cetera, con-
 cedo, sed cum dicit postea quod nullum istorum quinque est
 30 subiectum, concedendo. Sed cum dicit ulterius: ergo nec uni-
 versale, interimo. Nam duplex est universale. Est enim quoddam
 102 rb universale || quod immediate abstrahitur ab ipsis rebus. Et talia

1 attribuuntur] attribuitur. 6 de] ad. 12 sive] sum. 15 secundum]
 quod *add. et del.* 18 in] *superscr.* 19 fuerit] fuit. 21 est] animal *add. et del.*
 22 fuerat in] fuerato. 23 sensibile] sn¹

6-7 Boethius Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἔρμηνείας c. 7 (ed.
 Meiser 6,26-27): dico autem universale quod in pluribus natum est praedicari.
 Aristoteles Peri herm. c. 7 (17 a 39).

sunt quinque praenominata, scilicet genus, species et cetera. Et de his intelligitur hoc proprie: omne quod est universale—supple: immediate abstrahitur ab ipsis rebus — est unum istorum quinque. Sed aliud est universale quod est quaedam ratio praedica-
 5 bilis resultans ex his intentionibus quae sunt genus et species et cetera. Et illud est communius quolibet istorum et est subiectum in hac scientia. Sed notandum: quodlibet universale habet rationem speciei specialissimae in praedicando. Nam sicut haec est praedicatio essentialis: Socrates est homo, et est vera in primo
 10 modo dicendi per se, similiter et haec: genus est universale, species est universale, et sic de de similibus.

Quaestio 2

Quaestio est de sufficientia universalium: quare quinque sunt et non plura. Solutio patet alibi et ideo hic praetermittitur.

15 Sed nunc arguitur quod praedicabilia debent esse plura quam quinque sic:

1. Si unum oppositorum dicatur multiplex, et reliquum. Sed universale et singulare sunt opposita, quod constat. Sed singularia sunt infinita. Ergo et cetera. Maior patet per Aristotelem
 20 libro Topicorum. Minor patet libro Perihermeneias.

1 praenominata] praenominati. 14 praetermittitur] potest mittitur. 18 Sed] quod.

8 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) III c. 2 CSEL XXXXVIII 203,13-14: sed haec quidem adsignatio specialissimae est et quae solum species est; III c. 3 207,12-15: specialissimae species appellantur, idcirco quoniam integrum cuiuslibet rei uocabulum illa suscipiunt quae pura inmixta-
 que in ea de qua quaeritur proprietate sunt constituta; III c. 5 211,20; 213,4 etc.

9 Boethius Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας c. 3 (ed. Meiser 4,30-32): et semper eorum quae de altero dicuntur nota est, ut eorum quae de subiecto vel in subiecto. Aristoteles Peri herm. c. 3 (16 b 9-10). Cf. Thomas In Peri herm. I c. 3 lect. 5 n. 60[9]: Videtur enim aliquid dici ut de subiecto, quod essentialiter praedicatur; ut, homo est animal. Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,175 sq.

18-19 Aristoteles Met. III t. 12 (B c. 4 999 a 27). Avicenna Logica III (Vene-
 tiis 1508) fol. 12 va: Individua vero sunt infinita. Boethius In Isagogen Porphyrii
 commenta (ed. pr.) I c. 27 CSEL XXXXVIII 82,22. 19-20 Aristoteles Topic. I (A c. 15 106 b 14). PL 64,920: si hoc multipliciter dicitur, et quod huic opponi-
 tur multipliciter dicitur. 20 Boethius Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας (ed. pr.) I c. 7 (ed. Meiser 82,18-21). Aristoteles Peri herm. c. 7 (17 a 39).

2. Item: omne quod est praedicatum, est praedicabile. Nam praedicatum et praedicabile non differunt nisi secundum aliud existens in actu et aliud existens in potentia. Sed definitio est quartum praedicatum per Aristotelem libro Topicorum. Ergo
5 est praedicabile.

3. Item: ens est universale praedicabile et praetermittitur. Ergo et cetera.

4. Item: cum sic dico: hoc animal est animal, constat quod haec est vera, et hic praedicatur animal, tamen non habet rationem
10 praedicandi generis. Cuius declaratio est quia illud quod praedicatur ratione generis, oportet quod praedicetur de aliquo alio quod addit novam essentiam supra naturam generis, sicut patet, cum dicitur: homo est animal. Homo enim addit novam essentiam, scilicet rationale supra ipsum animal. Sed illud de quo praedi-
15 catur animal in proposito, non addit novam essentiam supra animal. Ergo et cetera. Nec habet rationem praedicandi <speciei>. Nam animal non est species specialissima nec nomen aliquis alterius primi universalis. Ergo hic praedicatur ratione sexti universalis.

20 In oppositum arguitur: videtur quod auctor sit superfluous, sic:

Quod non est praedicatum, non est praedicabile. Cuius declaratio est: nam omne quod est praedicabile, potest esse praedicatum et e converso. Sed species per Aristotelem in libro <Topicorum> non est praedicatum. Nam tantum quatuor sunt
25 secundum Aristotelem quae habent rationem praedicati, scilicet genus, definitio, proprium, accidens. Ergo et cetera.

Ad istam quaestionem dicendum quod tantum quinque sunt universalis et non plura, cuius causa patet alibi.

Ad primam rationem in contrarium respondeo. Cum arguitur:
30 Si unum oppositorum est multiplex et cetera, dico quod Aristoteles hic intellexit de multitudine significatorum et non

3-4 Aristoteles Topic. I (A c. 6 102 b 26 sq.) PL 64,913 sq.

23-24 Aristoteles Topic. I (A c. 4 101 b 24-25) PL 64,912: Manifestum igitur ex iis quae dicta sunt quod secundum praesentem divisionem quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,176 D: nunc autem species, de homine non in eo quod quid sit praedicatur. Thomas De ente et essentia c. 3 n. 20: nomen speciei non praedicatur de Socrate, ut dicatur: Socrates est species.

suppositorum. Cuius declaratio est: licet enim album et nigrum quoad eorum significata dicantur aequali multitudine, non tamen propter hoc oportet quod quantum ad eorum supposita sunt aequae multiplicia. Nam possunt bene esse plura supposita albi⁵ quam nigri et e converso. Per hoc patet solutio ad argumentum.

Ad secundum dicendum quod licet definitio sit praedicatum, non tamen oportet quod sit praedicabile. Nam praedicabilia distinguuntur penes primas condiciones praedicandi quae sunt praedicari in quid et in quale. Praedicata autem distinguuntur penes res praedicatas et ideo et cetera. Vel aliter potest¹⁰ dici quod definitio non habet diversam rationem praedicandi ab ipsa specie. Nam species idem significat quod et sua definitio. Et patet.

Ad tertium dico quod ens non debet dici prout hic sumitur^{102 va} universale, cum non habeat rationem praedicandi univocam. || Nam secundum Porphyrium: si quis omnia vocat entia aequivoce, inquit, et non univoce nuncupabit ea. Et patet.

Ad exemplum dico: cum dicitur: hoc animal est animal, concedendo quod animal non habet rationem praedicandi generis²⁰ sicut ostendit ratio. Sed cum dicit quod non habet rationem praedicandi speciem, interimo. Nam de ratione speciei est quod praedicetur de pluribus differentibus numero et cetera. Sed cum dicitur: hoc animal est animal, hic praedicatur animal de individuo. Vel aliter dico quod nomen specificans duplicem potest²⁵ habere praedicationem. Uno modo quod praedicetur de aliquo alio addente novam essentiam supra naturam generis, et sic habet veram essentiam et cetera. <Alio modo***> Et sic potest habere naturam praedicandi speciem. Et sic est in proposito.

Ad rationem in oppositum: cum dicitur quod non est praedicatum, non est praedicabile, sed species et cetera, dicendum³⁰ quod non oportet quod omne illud quod est praedicatum, sit praedicabile vel e converso. Nam praedicabilia distinguuntur

6 secundum] tertium. 9 praedicari] *corr. ex* praedicabile. 15 univocam] univoca. 17 univoce] unitate. 21 speciem] speciei. 28 speciem] speciei.

16-17 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) III c. 7 CSEL XXXXVIII 221,2-3. 21-22 l. c. III c. 2 203,11-13: species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur.

penes primas condiciones praedicandi quae sunt praedicari in quid et in quale, ut prius dictum est. Praedicata autem distinguuntur penes res praedicatas et cetera. Vel aliter: praedicabilia distinguuntur penes modum praedicandi, praedicata vero penes
 5 combinationes modi praedicandi quae quatuor sunt. Nam omne praedicabile aut est essenziale subiecto et convertibile: sic est definitio. Aut essenziale et non convertibile: et sic genus. Aut convertibile et non essenziale: et sic est proprium. Aut non convertibile nec essenziale: et sic est accidens. Et combinationes modi
 10 praedicandi non sunt nisi quatuor. Ideo tantum sunt <quatuor> praedicata, de quorum numero non est species. Et ratio praedicandi quae est praedicari in quid vel in quale convenit pluribus quam quatuor. Et ideo et cetera. Per hoc solvitur argumentum.

Quaestio 3

15 Quaestio est, utrum universale sit. <Arguitur> quod non sit.

1. Si universale esset, esset singulare. Genus est. Ergo et cetera. Impossibilitas consequentis patet sic: nam universale et singulare dividuntur per oppositum. Quare et cetera. Probatio primae consequentiae: nam secundum Boethium omne quod
 20 est, ideo est, quia unum numero est. Et patet ratio.

2. Ad idem: si universale est, aut est in materia extra sensibili, et sic est singulare; aut in anima huius vel illius, et sic adhuc est singulare. Utrumque declaratur sic: nam omne receptum est in recipiente per modum recipientis et cetera. Et patet <ratio>.

25 Oppositum sic arguitur: quaestio quid est, praesupponit quaestionem si est. Sed de universali quaeritur, quid est. Ergo est.

Solutio: dico, cum quaeritur, utrum universale est, concedendo quod sit. Cuius declaratio est, quia omne illud, de quo est scientia tamquam de subiecto, habet partes et proprietates. Ens uni-
 30 versale est huiusmodi. Quare universale est.

Nota tamen quod universale aequivoce potest accipi, scilicet aut pro re ipsa universalitati subiecta aut pro ipsa ratione uni-

21 in] modo. 26 si] sed.

versalis, sicut album aliquando accipitur pro corpore albo, aliquando pro forma albedinis. Et quocumque modo istorum modorum accipitur universale, ipsum est ens. Nam primo modo indubitanter est ens. Similiter secundo modo est ens. Quod patet: 5 nihil intelligitur nisi secundum quod privatur suis principiis individuanti- bus. Et tunc universale est ens intentionale. Et patet scilicet per hoc ad quaestionem et conceditur ratio pro illa parte.

Ad primum argumentum in contrarium respondet, quod 102 vb duplex est singulare et similiter || duplex unum numero. Est enim quoddam singulare per formam, sicut quaelibet species contenta sub suo genere. Nam quaelibet species per suam formam individuatur respectu sui generis. Et hoc patet. Et est singulare per materiale sicut Socrates et Plato. Nam species 15 specialissima non habet dividi per partes formales, sed materiales, scilicet per Socratem et Platonem. Similiter duplex est unum numero, scilicet per formam et materiam. Unde propositio Boethii potest sic exponi: omne quod est et cetera, verum est unum numero per formam et per materiam. Nec ex hoc sequitur, quod 20 omne, quod est, est singulare.

Ad secundam rationem cum dicit quod anima cuiuslibet est singularis, concedendum est quod est singularis per formam nec propter hoc et cetera.

Quaestio 4

25 Quaestio est, utrum universale incipit esse. Et arguitur quod non.

1. Nec quod est ubique et semper, incipit esse. Universale est huiusmodi. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur sic: omne quod producitur in esse per 30 aliquid aliud quod incipit esse, incipit esse. Sed universale ut < tale > producitur in esse. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur sic: nam universale procedit in esse per intellectum,

10 similiter] duplex *add.* 13 Et est—Plato] Nam—Platonem *transp.*

30 incipit²] a *add. et del.* 33 universale] producit *add. et del.*

27 Aristoteles *Post. Anal. I* (A c. 31 87 b 32) PL 64,741: quod enim semper est et ubique, universale dicimus esse.

sicut vult Aristoteles in libro De anima dicens quod intellectus sive anima facit universalitatem in rebus. Et omne quod sic incipit esse, inceptit in tempore. Nam omne nostrum intelligere secundum Philosophum alibi est cum continuo tempore. Et sic
5 patet minor. Quare relinquitur quod universale inceptit esse.

Ad quaestionem dico quod universale inceptit esse sicut declaratum est sufficienter per rationem ultimam.

Et ad rationem in contrarium respondeo: cum dicitur, quod universale est ubique et semper, dicendum quod esse ubique et
10 semper dupliciter potest intelligi. Aut positive ut sit sensus: omne quod est ubique, communem locum occupat, et semper, quod ab omni tempore mensuratur, non inceptit esse; aut privative ut sit sensus ***

Quaestio 5

15 Quaestio est, utrum scientia de universali sit realis vel tantum intentionalis sive rationalis quod idem est. Et arguitur quod sit realis.

1. Quaedam scientia est realis sicut metaphysica. Sed omnis scientia est de universali. Ergo quaedam scientia habita de uni-
20 versali est realis.

Contra: illud quod solum factum est ab intellectu, non transcendens in materiam extra, est intentionale vel rationale, et non reale. Sed universale est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quod dicendum quod est loqui de universali duobus mo-
25 dis: vel prout sumitur pro re subiecta universalitati, et sic concedendum est quod quaedam scientiae habitae de universali sunt reales; aut pro forma quam significat hoc vocabulum universale.

6 dico] dico *add.* 7 declaratum] declaratur. 12 quod] quasi.

18 omnis] *corr. ex omnia.* 22 rationale] reale. 27 quam] quod.

1-2 Aristoteles De an. III t. 17-18 (Γ c. 5 430 a 10-19). Averroes De an. I c. 8 (Venetiis 1483, Gesamtkatalog der Wiegendrucke 2337) fol. 2 ra lin. 30-31: intellectus, qui agit, facit in eis universalitatem. Albertus M. De praedicationibus tract. II c. 6: Adhuc autem Averroes et Avicenna dicunt, quod intellectus in formis agit universalitatem. 3-4 Aristoteles De memoria et reminiscencia c. 1 (450 a 9). Thomas De memoria et reminiscencia commentarium lect. 2 n. 314: nihil potest homo intelligere sine continuo et tempore.

Et sic nulla scientia habita de universali est realis, sed solum formalis vel intentionalis. Et per hoc patet responsio ad rationes. Nam quaelibet procedit sua via.

Quaestio 6

⁵ Quaestio est, utrum huiusmodi intentio universale componitur ex re naturae et rationis. Et arguitur quod sic.

^{103 ra} 1. Nam homo est res || naturae. Sed in quantum est universale, cadit sub auctu rationis. Tunc non solum est res naturae, sed rationis. Ergo et cetera.

¹⁰ 2. Item: quaedam incipiunt ab arte et complentur a natura sicut patet in seminatore seminante et cetera. Ergo similiter poterit esse e converso, scilicet quod quaedam incipiunt a natura, complentur per artem sive per rationem. Et patet ratio.

Contra: complementum et illud cuius est complementum debet ¹⁵ esse eiusdem rationis. Sed res naturae et res rationis non est eiusdem rationis. Ergo nihil unum et idem componitur ex re naturae et rationis. Quare nec universale.

Ad quaestionem dico, quod huiusmodi intentio universale non componitur ex re naturae et rationis, sed est rationis ²⁰ tantum. Cuius declaratio est: nam omne quod est factum ab intellectu solum, non transiens in materiam extra, tantummodo est rationale. Et dico transiens et cetera propter quaedam quae incipiunt ab intellectu et transeunt in materiam extra sicut domus. Sed universale est tantummodo factum ab intellectu ²⁵ sicut patet libro De anima et non transit et cetera. Ergo universale tantummodo est ens rationale sive intellectuale. Per hoc patet responsio ad obiectam <rationem>.

Cum arguitur quod homo est res naturae et cetera, dicendum quod quaestio ista non quaerit de re subiecta universalitati ³⁰ cuiusmodi est homo, utrum componitur et cetera, sed de intentione significata per hoc vocabulum universale. Et sic patet qualiter ratio procedit sua via.

Per hoc idem solvitur secundum argumentum.

11 seminatore] seminatorie.

24-25 Aristoteles De an. II t. 60 (B c. 5 417 b 23).

Quaestio 7

Quaestio est, utrum universale sit substantia vel accidens. Et arguitur quod sit substantia sic:

1. Nam partes substantiae sunt substantia. Sed quaedam
 5 universalia sunt partes substantiae sicut genus et differentia. Cuius declaratio est: nam animal, quod est genus, et rationale, quod est differentia, sunt partes substantiae, scilicet hominis et cetera.

2. Quedam scientiae sunt de substantiis. Sed omnis scientia
 10 est de universali. Ergo quoddam universale est substantia. Syllogismus in disamis.

Ad oppositum: illud, quod est intellectus signum in re post
 esse eius completum, est accidens et non substantia. Universale
 est huiusmodi. Ergo est accidens. Declaratio maioris et minoris
 15 satis patet alibi.

Ad quaestionem dico quod si universale accipiatur pro re
 subiecta universalitati, sic potest esse aliquando substantia, ali-
 quando accidens. Sed diversimode sumuntur genera et differen-
 20 tia in diversis praedicamentis. Et secundum hoc membrum pro-
 cedunt duae primae rationes. Vel potest sumi pro ipsa ratione
 universalitatis, quae nihil aliud <est> quam forma significata per
 hoc vocabulum universale. Sic est accidens et nullo modo sub-
 stantia. Cuius probatio est: nam omnis praedicatio substantiae
 25 de substantia aut est impossibilis aut necessaria, quoniam in sub-
 stantiis nulla est contingentia. Si ergo universale est substantia,
 et dicatur sic: homo est universale, quaeritur: aut est praedicatio

9 scientiae] scientiae *add. et del.* 10 quoddam] quaedam. 10 substantia]
 scientia. 14 est²] n *add. et del.* 15 alibi] olibi. 18 diversimode] *corr. ex*
 deiversimodo. 23 omnis] *corr. ex.* omnie. 24 necessaria] ncōr(?).

11 Petrus Hispanus Summulae logicae tract. IV 4.14,4.17 (ed. Bocheński [40; 41]). Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam II, De predicabili (ed. M. Grabmann 55,34 sq.): »Darapti felapton disamis datisi bocardo ferison.« In hiis versibus a significat propositionem affirmativam, e universalem negativam, i particularem affirmativam, o particularem negativam, s conversionem per se, p conversionem per accidens, m transpositionem premissarum, b et r cum sint in eadem dictione significant reductionem per impossibile. 23-24 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64, 175-177. Aristoteles Categ. 3 (1b 10-14).

impossibilis aut necessaria, non et possibilis. Concedatur ergo quod notum et datum est: verum est subiectum et erit verum praedicatum. Sed de Socrate verum est illud subiectum: homo. Ergo et suum praedicatum, quod est: universale, erit verum de eodem. Sed hoc est impossibile. Ergo datum fuit impossibile, scilicet quod universale est substantia. Per hoc patet responsio nunc ad argumentum in contrarium, quod est praedicatio substantiae de substantia necessaria, ergo est vera in primo || modo dicendi per se. Nam omnis propositio necessaria, in qua praedicatur substantia de substantia est vera in primo modo dicendi per se. Sed ita est quod quaecumque aliqua propositio est vera in primo modo dicendi per se de quocumque est.

Quaestio 8

Quaestio est, in quo sit universale tamquam in subiecto. Et arguitur primo quod in rebus extra sit.

1. Omne, quod praedicatur de rebus extra particularibus, est in eis ut in subiecto. Sed universale praedicatur. Ergo et cetera. Declaratio maioris est: nam si album praedicetur de substantia, oportet quod sit in ea tamquam in subiecto. Minor patet. Ergo stabit conclusio.

Oppositum sic arguitur: illud, quod est solum factum ab intellectu, non transiens in materiam extra, est <in> intellectu tamquam in subiecto. Universale est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod universale sive sumatur pro re ipsa universali ut est universalis sive pro ratione universalitatis est in intellectu tamquam in subiecto. Cuius declaratio in parte patet per rationem ultimam.

Item: quod non sit in re extra tamquam in subiecto declaratur sic: nam omne, quod est in re extra est sub principiis individuan-

1 impossibilis] et possibilis. et possibilis] impossibilis. Concedatur] ^{at} (?).
 3 Socrate] substantie. 8 substantia] a *add.*
 16 de] dextra e *ultimam litt. del.* 19 ea] eo. 21 factum] est *add.*

9 Thomas In Post. Anal. I c. 4 lect. 10 n. 84: Primus ergo modus dicendi per se est, quando id, quod attribuitur alicui, pertinet ad formam eius. Et quia definitio significat formam et essentiam rei, primus modus eius quod est per se est, quando praedicatur de aliquo definitio vel aliquid in definitione positum.

tibus, quae sunt materia et forma sibi adiuncta. Sed illa repugnant rationi universalitatis. Nam de ratione universalitatis <est>, quod sit in pluribus et cetera. Secundum tamen intentionem Platonis universalia nec sunt in intellectu nec in re extra. Nam
 5 posuit universalia esse ideas separatas et reprobatur ab Aristotele.

Ad primam rationem in contrarium respondeo concedendo maiorem. Sed interim minorem dicendo quod sive sumatur pro re universali sive pro ratione universalitatis in quantum est uni-
 10 versale, de nulla re singulari potest praedicari. Cuius ratio est: nam si homo universalis posset praedicari de Socrate, tunc haec esset vera: Socrates est homo universalis. Sed ita est: de quocumque praedicatur aliquod aggregatum, utraque pars aggregati praedicabitur de eodem nisi una pars sit determinatio
 15 distrahens. Nam de quocumque homo albus, de eodem praedicatur homo et de eodem praedicatur albus. Ergo si homo universalis praedicatur de subiecto, haec erit vera: Socrates est homo, et haec similiter: Socrates est universale, quod est impossibile et hoc idem declaratur supra. Nam id quod significatur
 20 per terminum communem, tripliciter potest accipi. Aut in re extra sensibili, et sic nihil est verum de re ipsa nisi debetur ei per sua principia individuantia. Alio modo in anima, et sic nihil est verum de re nisi intentio, sub qua anima ipsam apprehendit, sicut patet in hoc exemplo: homo est species. Tertio modo potest
 25 accipi prout absolvitur a natura utriusque praedictorum modorum, et tali modo nihil est verum de <re> nisi debetur ei per suam definitionem, sicut patet in hoc exemplo: homo est animal rationale mortale. Et hoc tertio modo secundum quosdam nec universale nec particulare seu singulare. Sic relinquitur quod
 30 nec est ratio universalitatis nec res ipsa universalis praedicatur de rebus extra. Et sic patent rationes.

7 respondeo] respondo. 13 praedicatur] ponitur. 20 re] aut *add.* 21 debetur] declaratur. 30 praedicatur] ponitur.

27-28 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. pr.) I c. 20 CSEL XXXXVIII 60,6.

28-29 Avicenna Logica III (Venetiis 1508) fol. 12ra: Ponamus autem in hoc exemplum generis dicentes quod animal est in se quoddam. Et idem est utrum sit sensibile aut sit intellectum in anima. In se autem huiusmodi nec est univer-

Quaestio 9

Quaestio est, utrum circumscrip̄ta om̄ni operatione intellectus res ipsa secundum sui essentiam est universalis. Et arguitur quod sic.

5 1. Oportet rem talem esse per essentiam, qualis ipsa intelligitur. Sed res ipsa secundum sui essentiam intelligitur universalis. Ergo et cetera.

2. Item: omne, quod movet potentiam aliquam ad actum, habet formam aliquam, secundam quam hoc facit. Sed res ipsa
103 va secundum sui essentiam movet intellectum || de potentia intelligendi ad actum intelligendi. Ergo et cetera.

3. Item: res est universalis ex hoc, quod sibi non repugnat esse in pluribus. Sed res secundum suam essentiam hoc habet. Ergo et cetera. Maior patet per Avicennam in III. De natura-
15 libus.

4. Item: ratio ista confirmatur sic. Universale secundum Boethium consistit in essentia quae est multitudo plurium singularium in una natura communi. Sed illa essentialis similitudo habe-

13 in] et. 17 quae est] sed.

sale, nec est singulare. Si enim in se esset universale, ita quod animalitas ex hoc quod est animalitas, est universalis, oporteret nullum animal esse singulare, sed omne animal esset universale. Si autem animal ex hoc quod est animal, esset singulare, impossibile esset esse plus quam unum singulare, scilicet ipsum singulare cui debetur animalitas, et esset impossibile aliud singulare esse animal. Thomas De ente et essentia c. 3 n. 17 et 18. Boetius de Dacia: essentia habet indifferentiam quandam ad esse extra et ad non esse extra et similiter habet indifferentiam quandam ad esse universale et ad esse particulare. (M. Grabmann, Texte des Martinus von Dacien und Boetius von Dacien p. 16).

5-6 Aristoteles Phys. I t. 1 (A c. 1 184a 12-14) Albertus M. De praedicabilibus tract. II c. 3: Secundum est, quod sicut dicit Aristoteles in principio primi physicorum: eadem sunt quibus res est, et quibus cognoscitur et scitur. 8-9 Avicenna De an. V c. 5 (Venetiis 1508) fol. 25ra A: Omne autem, quod exit de potentia ad effectum, non exit nisi per causam, quae habet illud in effectu et extrahit ad illum. Albertus M. De praedicabilibus tract. II c. 3: omne quod de potentia producit ad effectum, non producit nisi per id quod est in effectu. Aristoteles Met. IX t. 13 (Θ c. 8 1049b 24-25). 14-15 Avicenna Met. V c. 1 (Venetiis 1508) fol. 86va A: universale est id quod intellectum non est impossibile praedicari de multis. 16-18 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) III c. 9 CSEL XXXXVIII 228,6-9.

tur in re ipsa per suam essentiam, sicut declarari potest per exemplum de duobus canibus et una capra. Ergo res ipsa secundum suam essentiam circumscripta omni operatione intellectus est universalis.

5 Oppositum arguitur sic: nihil potest absolvi ab eo quod sibi debetur per suam essentiam. Si igitur res per suam essentiam est universalis, nequaquam est singularis.

Ad idem quod universale aut fit ab intellectu aut a natura. Sed non a natura. Ergo ab intellectu. Probatio minoris: nam
10 omne, quod fit a natura, fit in materia et ex materia, et omne tale est singulare. Si ergo universale fit a natura, sequitur quod universale erit singulare, quod falsum est. Quare oportet de necessitate, quod intellectus agat universalitatem in rebus, cui concordat Avicenna supra librum De anima.

15 Ad istam quaestionem dicendum, quod secundum opinionem Platonis res se ipsis sunt universales. Quod reprobat ab Aristotele sic: nam nullam naturam arguere <oportet> in entibus nisi illam quae in eis apparet. Sed in eis non apparet aliqua natura, per quam per sui essentiam debeant dici universales. Ergo et cetera.

20 Ideo dicit satis Averroes in secundo De anima, quod intellectus agit universalitatem in rebus. Et similiter dicit in tertio De anima, quod non indigeremus intellectu agente, si res se ipsis essent universales. Qualiter autem intellectus faciat intellectam universalitatem, patet sic. Nam res ipsa extra animam existens
25 quamquam non inveniatur sine principiis individuantibus, tamen illa principia non includuntur infra essentiam rei, sed sunt omnino extra naturam rei. Natura enim intellectus est, quod quandocumque aliqua duo sunt unum in esse et eorum unum non includatur infra essentiam alterius, et intellectus potest agere in
30 illa, unum separando a reliquo. Et patet. Natura autem ipsa

9 nam] non. 10 ex] extra. 16 reprobat] probatur. 18 illam] illa.
22 indigeremus] intelligeremus. 29 intellectus] intellectos.

9-11 Aristoteles Met. VII t. 22 (Z c. 7 1032 a 17-20). 14 Avicenna De an. V c. 5 (Venetiis 1508) fol. 25ra A. Met. V c. 1-2 fol. 87rb E; fol. 87v C-D. Albertus M. De praedicabilibus tract. II c. 3 et 6. Thomas De ente et essentia c. 3 n. 19. 17 Aristoteles Met. I t. 24 (A c. 9 991a 8 sq.). 20-21 Averroes De an. I c. 8 (Venetiis 1438) fol. 2ra lin. 30-31. 21-23 l. c. III c. 18 fol. 50ra lin. 55-57: quia si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem.

nequaquam producit rem in esse nisi mediantibus principiis individuantibus. Et sic patet, quod natura non agit universale nec res ipsa secundum se, sed solus intellectus.

Ad rationes in contrarium respondeo et primo ad primam, ⁵ quod si li talis referat omnem qualitatem intentionalem et realem, et qualis demonstrat eandem, sic maior interimenda est et patet sensus. Sed si li talis referat qualitatem realem tantum et: qualis similiter demonstrat, sic maior concedenda est. Et patet sensus.

¹⁰ Ad secundum dicendum, quod res ipsae prout sunt sub principiis individuantibus non movent intellectum, et hoc dico circumscripta omni actione intellectus agentis. Sed intellectus simul cum essentia rei movet ipsum intellectum. Et patet.

Ad tertium dicendum concedendo maiorem. Sed cum dicis ¹⁵ in minori, quod hoc habet per suam essentiam, interim dico, quod hoc non est verum nisi in quantum intellectus hoc agit. Dicendum ergo, quod universale habet ab intellectu, quod ei non repugnat esse in pluribus et cetera prout scilicet intellectus agens separatione est in principiis individuantibus. Non autem habet ^{103 vb} hoc per suam || essentiam. Et per hoc patet responsio

ad ultimum: et conceditur maior. Sed cum dicit in minori, quod res secundum suam essentiam hoc habet, dicendum quod non. Nam illa similitudo canis ad canem prout est sub principiis individuantibus est particularis; prout autem separat intellectus ²⁵ et cetera, sic est universalis.

Quod intellectus non agit universale, arguitur sic: Aristoteles in VII. Metaphysicae dicit quod quidquid fit ab intellectu, habet speciem factivam ab intellectu. Si ergo universale et cetera, ergo habet speciem factivam et cetera. Et, potest quaeri quae ³⁰ est illa et similiter potest quaeri de illa, quae sit species factiva illius. Et sic proceditur in infinitum in universalibus. Sed est hoc impossibile. Ergo et cetera.

Ad quod dicendum, quod illud, quod fit ab intellectu per artem

1 producit] perducit. 8 concedenda] concedendo. 18 intellectus] intellectos.

26 Aristoteles Met. VII t. 23 (Z c. 7 1032 a 32-1032 b 1). Thomas In Met. VII c. 7 lect. 6 n. 1404: illa fiunt ab arte, quorum species factiva est in anima.

et cognitionem sicut domus vel castrum, habet speciem factivam in anima praeexistentem. Et hoc est, quia anima prius accipit illud. Illud tamen, quod fit ab anima velut proprius actus animae qui est universale ut est universale, non habet speciem factivam in anima, quia anima prius non novit illud, nec fit per artem vel cognitionem aliquam.

Quaestio 10

Quaestio est, utrum universale sit corporale. Et arguitur, quod non.

10 I. Omne corporale est sensibile. Sed universale non est sensibile. Ergo et cetera.

Ad oppositum arguitur sic: quod non est separatum a singularibus, est singulare et corporale. Universale est huiusmodi. Et patet et cetera.

15 Ad quod dicendum, quod sumendo universale secundum intentionem designatam per hoc vocabulum universale sic omnino est corporale. Sumendo autem universale pro re subiecta universalitati sic potest esse corporale. Ad cuius declarationem ponitur differentia Arabum inter corporale et corporeum, dicendo quod
20 corporale est, cuius essentiam ingreditur corpus sicut essenziale hominis vel asini ingreditur corpus et ita dicuntur res corporales. Corporeum autem dicitur illud, cuius essentiam non ingreditur corpus, sed est tantummodo unitum corpori, sicut patet in albedine existente in corpore. Corpus enim non ingreditur essentiam
25 albedinis et ideo albedo non dicitur res corporalis, sed corporea. Per hoc patet solutio ad quaestionem.

Ad rationes respondeo: cum dicitur omne corporale est sensi-

1 castrum] costrum.

16 designatam] designata. 18 esse] cum. 21 ingreditur] ingredi.

19 Avicenna Met. II c. 2 (Venetiis 1508) fol. 76ra C. V c. 1 fol. 87ra C: albedo quae quamvis sit inseparabilis a materia, in se tamen habet esse albedo. V c. 6 fol. 89va C. Albertus M. De praedicabilibus tract. II c. 4: Uno quidem modo dicitur corporale quantitate corporea distensum, ita quod ipsa quantitas sit aliquid sui... Secundo modo corporalia dicuntur non quidem quantitatem ut aliquid sui habentia, sed tamen secundum distensionem quantitatis in subiecto ea suscipiente sunt distensa, sicut albedo et nigredo...

bile, dico, quod verum est pro corporali particulari, non autem pro corporali abstracto a suis principiis individuantibus. Sed cum dicit in minori, quod universale non est sensibile concedendo pro intentione universali.

- 5 Ad rationem in oppositum: cum dicit, quod non est separatum a singularibus, est singulare, concedendum est prout manet sub principiis individuantibus ipsarum singularium <rerum>; prout tamen intellectus agit in rem abstrahendo eam a principiis individuantibus, sic non est singulare, sed universale.

10

Quaestio 11

Quaestio est, utrum universale praedicatur de particulari. Quod non, arguitur.

1. Nullum oppositum praedicatur de suo opposito. Universale et singulare sunt huiusmodi. Cuius declaratio patet per Aristote-
15 lem in libro Perihermeneias, ubi dicit: rerum quaedam sunt universalialia, illa vero singularia. Ergo et cetera.

2. Item: quod praedicatur de particulari alicuius scientiae dicit substantiam particularium. Sed universalialia non dicunt substantiam particularium. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur
20 sic: nam si universale diceret substantiam particularium, ipsum esset singulare, quoniam omne illud, quod dicit substantiam singularium, mensuratur ab hic et nunc et sic continetur sub principiis individuantibus, quod non est verum de universali.

Ad oppositum arguitur sic: genus et species sunt universalia et praedicantur || de singularibus. Ergo et cetera.
104 ra

[Ad quaestionem dico quod tribus modis dicitur universale separatum a re extra sensibili. Uno modo separatione formae a materia, id est a principiis individuantibus. Alio modo separatione secundum intellectum. Tertio modo dicitur universale

2 individuantibus] mediantibus. 7 individuantibus] mediantibus. prout] potest. 9 est] universale *add.* sed] et.

15 dicit] p *add. et del.* 16 vero] vere.

17 alicuius] ā. 24 genus] corpus. 26 *Textus* Ad quaestionem ... tertio modo non *pertinet ad sequentem quaestionem.*

14-15 Boethius Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας c. 7 (ed. Meiser 6,25-26). Aristoteles Peri herm. c. 7 (17a 38-39).

separari ab ipsis rebus eo modo quo posuit Plato. Verum duobus primis universale separatur a re extra, tertio modo non.]

Ad quaestionem dico: videtur quod si sumatur universale pro ipsa ratione universalitatis, non praedicatur de singulari. Si⁵ pro re subiecta universalitati, praedicatur.

Per hoc patet responsio ad rationes et primo ad primam dico concedendo maiorem. Sed cum dicit in minori quod universale et singulare sunt opposita, verum est uno modo, scilicet prout singulare sumitur sub suis principiis individuantibus. Universale¹⁰ vero sumitur pro intentione et patet.

Ad secundum dico concedendo maiorem. Sed cum dicit in minori quod universalalia non dicunt substantiam particularium, verum est uno modo, alio modo non.

Ad rationem in oppositum: cum dicit quod genera et species¹⁵ et cetera, dico, quod verum est prout sumuntur pro rebus subiectis his intentionibus, et non aliter.

Quaestio 12

Quaestio est, utrum universale sit separatum a singularibus. Et arguitur, quod non.

²⁰ 1. Quod praedicatur de singulari, non est separatum ab eo. Et patet ratio.

Ad oppositum arguitur sic: illud, quod non est separatum a singulari, est singulare. Sed universale non est singulare. Ergo non est inseparatum a singulari. Ergo et cetera.

²⁵ Ad quaestionem dico, quod tribus modis dicitur universale <separatum a re extra sensibili. Uno modo separatione formae a materia, id est a principiis individuantibus. Alio modo separatione secundum intellectum. Tertio modo dicitur universale separari ab ipsis rebus eo modo quo posuit Plato. Verum duobus³⁰ primis universale separatur a re extra, tertio modo non.>

Ad rationem dicendum, cum dicitur, quod praedicatur de singulari non est separatum et cetera, dico quod verum est secundum esse; est tamen separatum separatione formae, id est <in> materia vel separatione secundum intellectum. Unde nota

8 scilicet] sed. 12 dicunt] debent.

25 universale] sicut scribitur immediate post quaestionem praecedentem *add.* *Textum separatum a re ... tertio modo non ex praecedenti quaestione transposui.*

secundum quosdam, quod homo particularis non praedicatur de Socrate, nec similiter homo universalis, sed homo unde homo praedicatur de Socrate.

Quaestio 13

5 Quaestio est, utrum universale metaphysicum et universale logicum sint eiusdem rationis. Et arguitur, quod sic.

1. Sicut se habet singulare metaphysicum ad universale metaphysicum, igitur permutatim: sicut se habet singulare et cetera. Sed singularia sunt eiusdem rationis. Ergo universalia.

10 Oppositum patet sic: nam ratio quae facit universale logicum, est modus intelligendi rem secundum quod ipsa est intentio communis pluribus applicabilis. Ideo ratio, quae facit universale metaphysicum, est modus intelligendi rem ut ipsa res est. Et isti duo modi sunt diversae rationis. Quare et ipsa universalia
15 erunt diversa. Et cetera.

Ad rationem dico, quod ambo universalia sunt diversae rationis sicut sufficienter declarat ratio ultima.

Ad rationem in contrarium respondeo dicendo, quod obiectio procedit de rebus subiectis universalitati et non de ipso universali.
20 Vel potest dici aliter, quod supponitur falsum in argumento, cum dicitur, quod universale metaphysicum habet singulare et hoc attribuendo rei metaphysicae subiectum.

Quaestio 14

Quaestio est de definitione generis, cum dicitur quod genus
25 est quod praedicatur et cetera, utrum scilicet hic definitur genus, quod est intentio logica vel genus quod est intentioni res subiecta.

1. Et arguitur primo, quod hic definitur genus quod est res
104 rb hic. Nam illud hic definitur, cui convenit definitio. Sed || rei et
30 non intentioni convenit ista definitio. Ergo et cetera. Maior patet. Minor potest declarari *** et patet.

8 singulare] ergo add. 19 universalij corr. ex universalio.

24-25 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. pr.) I c. 14 CSEL XXXXVIII 40, 6-8.

Oppositum arguitur sic: illud, quod hic definitur, convenit univoce omnibus decem praedicamentis. Sed nulla res una convenit sic et cetera. Ergo hic definitur genus, quod est intentio et non res.

- 5 Ad quaestionem dico, quod hic definitur haec intentio logica, quae significa<tur> per hoc vocabulum genus. Sed tamen non convenit formaliter, sed materialiter tantum sive causaliter et exponitur sic: genus est intentio logica applicabilis rei, quae apta nata est de pluribus praedicari et cetera. Et intellige, quod
10 <si> ista definitio conveniret formaliter, sequeretur illud incon-
veniens, quod homo esset genus et similiter asinus. Et nota, quod eodem modo intelligitur definitio omnium istarum intentionum: species, differentia, proprium, accidens. Ratio conceditur pro ista parte.
- 15 Ad rationem in oppositum respondeo: cum dicitur, quod hic definitur, cui convenit definitio, dico, quod verum est vel formaliter vel causaliter, et sic patet responsio ad quaestionem.

Quaestio 15

Quaestio est, utrum intentio significata per hoc vocabulum
20 genus sit possibile in rebus. Et arguitur, quod non.

1. Omnis intentio possibilis est aliqua apprehensio intellectus accepta ab ipsa re. Sed genus non potest esse huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam apprehenditur ab intellectu secundum suam formam. Sed res non habet nisi
25 unicam formam. Ergo non potest nisi unica apprehensione apprehendi. Quare non apprehenditur sub hac intentione, quae genus est. Et sic ista intentio non erit possibilis in rebus.

Oppositum arguitur sic: alia est communitas, qua animal est commune homini et asino et qua homo est communis Socrati
30 et Platoni. Sed a qualibet communitate differente accipitur aliqua intentio logica. Igitur ab his duabus communitatibus possunt accipi istae duae intentiones, scilicet species et genus.

Ad istam quaestionem dicendum, quod intentio, quae <est> genus, possibilis est in rebus. Cuius declaratio est: nam a commu-

nitatibus diversis possunt sumi diversae intentiones ut dictum est. Et patet.

Ad rationem in oppositum dicendum, quod cum dicitur, omnis intentio logica et cetera, concedo. Sed cum dicit, quod
 5 genus non potest et cetera, interimo. Nam ipsa res extra potest multis modis considerari. Aut prout est sub proprietatibus individuanti-
 bus, per quas distinguitur unum individuum ab altero et hoc modo imponitur ei nomen distinctum. Nam nomen imponitur rei secundum quod innotescit forma eius.
 10 Forma autem eius non innotescit nobis nisi per suas operationes, sic tamen una forma potest habere diversas operationes.

Et patet et alio modo: res ipsa potest considerari prout ipsa est sub quadam proprietate, in qua convenientiam habet cum omnibus individu-
 15 unis, scilicet nomen speciei. Et hoc modo conveniunt Socrates et Plato in homine. Et patet. Adhuc tertio modo potest res ipsa considerari prout ipsa movet sub quadam forma, in qua convenientiam habet cum individuo oppositae speciei. Et sic dicimus, Socratem et Brunellum contineri in animali ratione qua uterque
 20 sensibilis est. Et sic imponitur rei nomen communis ut nomen generis, et sic patet quid est dicendum ad quaestionem. Nam
 104 va cum arguis || in minori, quod in re non est nisi unica forma substantialis, concedo. Possunt tamen plures esse formae accidentales. Et patet.

25

Quaestio 16

Quaestio est, utrum genus sit aliquid actu praeter species. Et arguitur, quod sic.

1. Nam animal secundum quod animal est aliquid in actu. Sed animal in quantum animal est homo vel asinus et sic de aliis
 30 speciebus. Igitur animal in quantum animal est aliquid in actu praeter species.

2. Item: cuilibet corporum respondet aliquod compositum. Sed animali debetur duplex corruptio, scilicet una, quae est mors, et alia, quae est putrefactio. Ergo debetur ei duplex com-

4 Sed] quod. 9 forma] formae. 11 sic] si. 15 nomen] communi *add. et del.*

19 Brunellus id est asinus: Petrus Hispanus *Summulae logicales tract. VII* 7.56 (ed. Bocheński [87]).

positum. Sed illud, cui debetur prima corruptio, habet rationem speciei. Ergo illud, cui debetur secunda corruptio, habet rationem generis. Et patet.

Oppositum sic arguitur: nam si genus esset aliquid in actu
 6 praeter species, sequeretur, quod species nihil esset. Nam genus
 et differentia ingrediuntur definitionem speciei, ita quod diffe-
 rentia est ibi per modum actus. Si igitur genus esset aliquid
 actu, species non esset aliquid unum secundum essentiam. Nam
 ex duobus existentibus in actu et cetera.

10 Ad quaestionem dicendum, quod si genus sumatur prout
 ipsum est intentio logica significata per hoc vocabulum genus,
 sic potest esse aliquid in actu ipsius intellectus. Nam intellectus
 potest intelligere animal praeter hoc, quod sit in homine vel in
 asino. Si vero sumatur genus pro ipsa re, cui applicabilis est
 15 intentio significata per hoc vocabulum genus, sic non est aliquid
 in actu praeter suas species. Et patet responsio.

Ad rationes respondeo: cum dicitur, Quod animal secundum
 quod est animal, est aliquid in actu praeter et cetera, verum <est>
 secundum intellectum et non aliter.

20 Ad aliud quod dicit, quod si genus esset aliquid in actu et
 cetera, haec est vera sumendo genus pro re et non pro intentione
 logica. Sed cum dicit postea, quod genus et differentia ingrediuntur
 et cetera, dico, quod loquitur de genere, quod est res su-
 biecta intentioni. Et patet.

25

Quaestio 17

Quaestio est, utrum genus sit totum ad species. Et arguitur,
 quod non.

1. Nam pars speciei non est eius totum. Sed genus est huius-
 modi. Cuius declaratio satis plana est. Ergo et cetera.

30 2. Item: nullum indivisibile est totum. Nam totum est, quod
 habet partes. Sed <genus est indivisibile. Sed> indivisibile non
 habet partes. Ergo et cetera. Probatio minoris: illud est totum
 indivisibile, cuius quaelibet pars est ipsum suum totum. Nam

26 sit totum] *superscr.*

28 Nam] *naturae.*

33 quaelibet] *qualibet.*

totum est, quod habet partes. Sed quaelibet pars generis est ipsum totum. Cuius declaratio est: nam tota natura animalis salvatur in qualibet parte eius subiectiva. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur sic: totius est continere partes suas.
 5 Sed genus continet in se suas species. Cuius declaratio est: nam habet duas condiciones totius, scilicet partes suas in se continere et unam partem alii unire in eandem naturam generis. Per hoc patet responsio ad quaestionem.

Ad rationes respondeo, cum dicit, quod genus est pars, concedendo, quod est pars respectu speciei in definiendo speciem.
 10 Totum tamen est in significando vel in praedicando.

Ad secundam rationem, cum dicit, quod nullum indivisibile est totum, concedendo maiorem. Sed cum dicit in minori, quod genus est indivisibile, istam interimo. Sed cum probat sic: illud
 104 vb est indivisibile, cuius quae- || libet pars est ipsum suum totum, dico quod hoc non oportet nisi partes sic se habeant inter se sicut se habent <in suo toto>. In suo toto autem sunt indistinctae et sic planum est, quod genus habet rationem totius et divisibilitatis.

20

Quaestio 18

Quaestio est, utrum genus requirit plures species actu. Et arguitur, quod sic.

1. Nam illud, quod est <genus>, ex sui ratione exigit dividi per suas differentias. <Sed illud, quod dividitur per suas differentias>,
 25 quarum quaelibet constituit speciem, habet plures <species>. Et supra. Maior patet. Minor declaratur per hoc, quod dicit Porphyrius genere quidem uno, speciebus vero pluribus. Totum in actu requirit <plures partes>. Ergo habebit plures partes in actu. Sed illae partes non sunt nisi species. Ergo et cetera.

30 Ad oppositum arguitur sic: cuius tota natura potest salvari in unica sola specie, non exigit plures species in actu. Sed tota natura generis potest salvari in unica sola specie. Cuius decla-

1 quaelibet] qualibet. 15 quaelibet] qualibet.

25 constituit] constitit. 27 genere] genus.

ratio est: nam solo homine existente in mundo haec est vera: homo est animal, et hic considerando animal quo ad omnes suas naturas. Ergo et cetera.

Ad quaestionem respondeo, quod si quaestio ista moveatur
 5 sic: utrum scilicet natura generis quantum ad suam existentiam
 extra animam requirit multitudinem specierum, dicendum, quod
 non. Nam in tali modo eius natura salvatur totaliter in unica sola
 specie sicut concludit ultima ratio. Sed si quaeratur, utrum
 10 genus in quantum habet rationem esse sub ratione generis re-
 spectu specierum et similiter sub ratione totius respectu earun-
 dem, totius in quantum divisibilis per differentias, quarum
 quaelibet constituit speciem, tali modo necesse est ipsum habere
 plures species.

Per hoc patet responsio ad rationes. Nam quaelibet procedit
 15 sua via.

Quaestio 19

Quaestio est de specie. Et primo quaeritur, utrum species
 praedicatur de individuis. Et arguitur, quod non.

1. Forma non excedit materiam propriam, quod declaratur
 20 ab Aristotele in libro Physicorum, cum dicit: quanta est super-
 ficies, tantum album esse dicas. Sed <species> potest esse forma
 respectu subiecti. Ergo non debet excedere subiectum. Sed spe-
 cies excedit quodlibet eius individuum. Ergo non debet praedicari
 de individuo.

25 2. Item: arguo sic: Homo non praedicatur de Socrate. Ergo
 species non praedicatur de individuo. Probatio consequentiae: si
 homo praedicaretur de Socrate, humanitas praedicaretur de eo-
 dem. Cuius declaratio est, quia homo nihil aliud est quam sua
 humanitas. Nam homo et sua humanitas idem significant. Sed

2 omnes] omnis. suas] suos. 6 requirit] quaerit. 12 constituit] consti-
 titit. 14 responsio] respondeo. quaelibet] qualibet.

20-21 superficies] superficiens. 23 quodlibet] quamlibet.

29 humanitas²] ergo nec Socrates est homo *add. et del.* significant] signi-
 ficat.

nihil est dictum: Socrates est humanitas. Ergo nec Socrates est homo.

Oppositum patet per Porphyrium.

Ad quaestionem respondeo, quod intentio logica, quae significatur per hoc vocabulum species non praedicatur et cetera. Cuius declaratio patet ex praecedentibus. Res tamen subiecta illi intentioni — <ex>ponitur: cui applicabilis est et cetera — quatenus est homo vel asinus praedicatur primum de individuis. Cuius declaratio est: nam illud praedicatur <de> individuis, quod dicit totum esse individuorum. Species sic sumpta est huiusmodi. Quare et cetera.

Ad rationes respondeo, cum dicit, quod forma non excedit suam materiam; || dicendum, quod duplex est materia, scilicet propria et per accidens. Propria materia ipsius speciei dicitur totalis aggregatio omnium individuorum simul accepta. Et hanc materiam non excedit ipsa species. Alia est materia eius per accidens, scilicet hoc vel illud individuum. Nam accidit homini esse in hoc vel in illo. Et hanc materiam bene potest excedere, cum non sit eius materia propria.

Ad secundum dicendum interimendo istam: homo non praedicatur de Socrate. Ad eius probationem respondeo, cum dicitur, quod humanitas non praedicatur de Socrate, ergo nec homo, dicendum, quod non valet. Nam etsi homo nihil aliud sit quam humanitas sua — non <enim> humanitas significat aliud quam quod significat<ur> per hominem —, tamen quia homo de suo modo intelligendi habet modum significandi concretive respectu eius de quo praedicatur, hinc est, quod bene dicitur, quod Socrates est homo. Humanitas autem, licet significat illud idem, cum tamen non eodem modo, sed de suo modo intelligendi habet modum significandi in abstractione, quasi absolvendo hanc formam, quae est humanitas ab omni materia, et ideo non bene dicitur Socrates est humanitas.

Sed si aliquis sic aspiciat concretum et abstractum, sunt diffe-

8 de] esse. 15 omnium] omni. 16 excedit] accedit. ipsa] res *add. et del.*
17 vel] *superscr.* 20 dicendum] quod *add.*

3 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed sec.) III c. 10 CSEL XXXXVIII 231,7-8. 9-10 l. c. V c. 6 303,20-21.

rentiae nominis adiectivi, sed homo et humanitas sunt substantiva, et solutio non habet locum in proposito. Dicendum ad hoc, quod duobus modis dicitur aliquid concretum. Uno modo respectu subiecti sui essentialis, et hoc modo omnia superiora
 5 dicuntur esse concreta respectu suorum inferiorum sicut homo respectu Socratis et quantitas respectu quantitatis continuae et color respectu albedinis; nec modo concretionis nomen esse adiectivum <dicitur>, sed dicitur concretum pro tanto quod
 10 superius de suo modo intelligendi significat formam ut ipsa est in materia indeterminata, non tamen in hac vel in illa materia. Alio modo dicitur aliquid esse concretum respectu subiecti accidentis et hoc modo dicimus album esse concretum quasi materiae coniunctum. Et iste modus concretionis facit nomen esse adiectivum.

15

Quaestio 20

Quaestio est, utrum individuum praedicatur de uno solo. Et arguitur, quod non, sed de pluribus.

1. Nam haec est vera: albus est Socrates, et similiter musicus est Socrates et currens est Socrates, vel sic: albus musicus currens est Socrates potest esse vera. Sed ista sunt plura. Ergo individuum praedicatur de pluribus.

Oppositum patet per Porphyrium.

Ad quaestionem dico, quod est loqui de individuo duobus modis: vel quod sumatur pro quolibet nomine secundae intentionis, quod est individuum et sic potest praedicari de pluribus sicut concludit ultima ratio. Vel quod sumatur pro ipsa re individuata et sic non praedicatur de pluribus, sed de uno solo, scilicet de se ipso, et hoc dico essentiali praedicatione, accidentali tamen praedicatione potest.

30 Ad rationes dico, cum dicitur: albus est Socrates et cetera, dico quod hoc verum est praedicatione accidentali. Sed cum

7 modo] modus. 10 alio modo] albo modo(mē).

18 albus] album. 19 albus] album. 24 quolibet] libet. 30 albus] album.

3-14 Cf. p. 25,23-26,14.

18-20 Aristoteles Met. V t. 15 (Δ c. 9 1017 b 27 sq.). 22 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) III c. 10 CSEL XXXXVIII 231,16 sq.

dicit: albus musicus sunt plura, interimo. Nam sunt unum in subiecto.

Ad illud quod de Socrate nato in Anglia et cetera, dico, quod verum est praedicatione aequivoca et non univoca, sed auctor
5 loquitur de praedicatione univoca.

Quaestio 21

105 ^{rb} || Quaestio est, quae sit causa individuationis, id est, quid est illud, secundum quod unum individuum distinguitur ab alio. Et videtur, quod <per> proprietates accidentales non distinguantur
10 individua.

Nam accidentia non distinguunt ab invicem aliqua essentialiter. Sed proprietates accidentales sunt accidentia. Ergo et cetera.

1. Item, quod materia sit causa individuationis videtur. Illud,
15 per cuius naturam individuum non habet subiectum susceptibile, illud est quo unum individuum distinguitur ab alio. Sed materia est huiusmodi. Ergo et cetera.

2. Item: aut illud est materia, per quod unum et cetera aut forma. Sed non forma. Ergo materia. Probatio huius: nam illud,
20 quod <est> principium uniendi individua, non est principium distinguendi unum ab altero. Sed forma est huiusmodi. Nam in forma omnia individua habent convenientiam.

Oppositum patet sic: idem est principium essendi et distinguendi. Sed sola forma est principium essendi et non materia.
25 Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur sic: nam per suam formam unaquaeque res est in actu id quod est.

Ad quaestionem: videlicet quod aliud est principium, quo unum individuum essentialiter distinguitur ab alio, et aliud quo unum individuum primo et cetera. Nam illud, quo primo et
30 cetera est quantitas cum septem proprietatibus. Cuius declaratio est, quia oportet, quod unum istorum sit, scilicet materia vel

1 albus] album. 4 verum] unum. univoca] unica. 5 univoca] unica.
20 individua] individuum. 28 quo] per *add.*

3 l.c. 234,3 sq.: ut, si quis Socratem significatione velit ostendere, non dicat »Socrates«, ne sit alius qui forte hoc nomine nuncupetur, sed dicat »Sophonisci filius«. *Correspondens obiectio ad hoc responsum desideratur.*

forma vel quantitas. Non potest esse materia vel forma. Nam in his duobus individua conveniunt circumscripta quantitate. Nam in materia et forma habent rationem unius, et ita relinquitur, quod quantitas est illud, quo primo et cetera.

- 5 Item: illud, quo primo individuum est id, quod est, <est> illud, quo primo unum praedicamentum distinguitur ab alio. Nam illud, per quod individuum est id quod est, est illud, per quod est hoc, ita quod non aliud. Sed sola quantitas cum septem proprietatibus est huiusmodi et non materia vel forma. Ergo et
10 cetera.

Sed illud quo individuum distinguitur essentialiter ab alio non potest esse quantitas <nec> aliquid aliud accidentale, sed forma substantialis, quae est perfectio rei, est huiusmodi. Et per hoc patet responsio ad rationes.

- 15 Et primo ad primum concedendo maiorem. Sed interimino minorem dicendo quod est vera solum de materia partita secundum quantitatem, non autem est vera de materia universali, quae potest esse in subiecto. Et nota, quod ratio quae fit de proprietatibus essentialibus bene probat, quod non sunt prin-
20 cipia distinguendi unum ab altero essentialiter et non primo. Et nota, quod differentia duas habet condiciones: una est, quod sumitur a parte materiae; secunda est, quod debet conducere ad rem rei sicut rationale conducit ad esse hominis et est pars completiva suae definitionis et per hoc concluduntur illae dif-
25 ferentiae, scilicet aptum natum navigare et alia huiusmodi. Et patet.

Quaestio 22

Quaestio est de differentia. Et primo quaeritur, utrum ponitur in quale. Et arguitur, quod non, sic:

- 30 1. Partes definitionis non ponuntur in quale. Cuius declaratio est: nam definitio est oratio indicans quid est esse rei. Sed differentia est pars definitionis, quod patet de se. Ergo et cetera.

2. Item: illud, quod dicit quid speciei, debet praedicari in

15-16 interimino minorem] inferno minore. 16 solum] nisi. 17 vera] sed *add.*

8-9 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,208 C-D. 25 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) IV c. 14 CSEL XXXXVIII 272,5.

30 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta IV c. 10 CSEL XXXXVIII 265,13-15.

quid, et quod magis dicit quid, magis debet praedicari in quid. Sed differentia magis dicit quid respectu speciei quam ipsum genus. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur sic: omne, quod praedicatur per modum
 105 va denominantis et informantis || ponitur in quale. Sed differentia
 est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur sic:
 nam in definitione speciei genus est ad modum materiae, diffe-
 rentia ad modum formae. Et patet.

Ad quaestionem dico, quod quaestio ista non quaeritur de
 10 intentione logica significata per hoc vocabulum differentia, sed
 de re sibi subiecta, cuius est rationale. Et de tali dicendum
 est, quod omne tale praedicatur in quale. Cuius declaratio satis
 patet per rationem ultimo positam.

Ad primam rationem in contrarium respondeo: cum dicitur,
 15 quod partes definitionis et cetera, dicendum, quod non oportet,
 quod quaelibet pars definitionis praedicetur in quid. Nam genus
 positum in definitione determinate specificat partem materialem
 definitionis, indeterminate vero formalem. Differentia vero e con-
 verso determinate determinat partem formalem, indeterminate
 20 vero materialem. Et per hoc patere potest, quod pars illa, quae
 determinate se habet ad partem materialem, praedicatur in
 quid; alia vero e converso praedicatur in quale, cum se habeat
 ad modum formae qualitatis.

Ad secundam rationem: cum dicit, quod quidquid est quid,
 25 praedicatur in quid, interimo dicendo, quod non valet nisi
 supposito, quod illud quid determinat partem materialem, ita
 quod non formalem, quod falsum est de differentia. Nota tamen
 secundum Augustinum, quod differentia virtute dicit quid,
 scilicet suae speciei, hoc est: quantum ad rem significatam dic-
 30 tione dicit quale, sed quantum ad modum significandi signifi-
 catione dicit mixtum ab utroque.

1 quid²] quod. 10 sed] si. 16 quaelibet] qualibet. 22 vero] non.
 30 sed] id est. quantum] quam.

28 Pseudo-Augustinus *Categoriae* decem c. 9 PL 32,1427: Siquidem bipes vel mortale vel rationale cum animal dicitur, non quid sit, sed quale sit potius demonstratur, ideoque videtur vim tenere qualitatis. Verum quando a genere prima oritur differentia, et sic sequitur species, in accidentibus non debet numerari. Atque ideo Aristoteles eam significatione quidem mixtam dixit, virtute autem inter usias habendam decrevit.

Quaestio 23

Quaestio est, utrum hoc nomen differentia sit nomen aggregati. Et arguitur, quod sic.

1. Eius est hoc nomen differentia, cuius est operatio, a qua accipitur nomen differentiae. Sed totius aggregati est operatio et cetera. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur sic: nam ratiocinari est operatio, a qua accipitur hoc nomen rationale et est totius coniuncti.

Oppositum arguitur: nam secundum Avicennam omne nomen aggregati praedicatur in quid. Sed differentia non praedicatur in quid, sed in quale. Ergo et cetera.

Hoc idem sic arguitur: nam genus et differentia ingrediuntur definitionem speciei. Ex eis aggregatur species. Si ergo differentia esset nomen aggregati, sic ipsa sola sufficeret ad definitionem speciei, quod falsum est.

Ad quaestionem dicendum, quod hoc nomen differentia est nomen aggregati. Cuius declaratio satis patet per primam rationem positam. Unde Avicenna dicit, quod genus est nomen aggregati plus determinans partem materialem quam formalem. Differentia est nomen aggregati se habens e converso. Sed species est nomen aggregati impliciti per vocabulum indistinctum, determinans utrumque, sed definitio distincte et explicite determinat utrumque.

Ad primam rationem in contrarium respondeo dicendo, quod non oportet, quod nomen aggregati praedicetur in quid nisi supposito quod illud nomen plus determinat partem materialem quam formalem.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, quod sola differentia sufficeret et cetera, dicendum, quod non, cum differentia non determinat aequae determinate partem materialem sicut formalem. Nam genus determinat indeterminate, differentia determinate et e converso.

8 Aristoteles De somno et vigilia c. 1 (453b 12-13). Thomas S. theol. I q. 77 a. 5: Sed contra est quod Philosophus dicit in libro de Somno et Vigilia, quod sentire non est proprium animae neque corporis, sed coniuncti. Potentia ergo sensitiva est in coniuncto sicut in subiecto. 9-10 Avicenna Met V. c. 5 (Venetiis 1508) fol. 89rb sq. 18-19 l.c.

Quaestio 24

105 vb || Quaestio est de proprio. Et primo quaeritur, utrum sit universale. Et arguitur, quod non, sic:

1. Sicut se habet proprium ad singulare, sic se habet commune
5 ad universale. Ergo permutatim: sicut singulare ad commune, sic se habebit proprium ad universale. Sed nullum singulare est commune. Ergo nullum proprium est universale.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod proprium est universale
10 distinctum ab aliis universalibus prout hic loquitur Porphyrius de ipso. Cuius declaratio est: nam proprium est ratio logica applicabilis rei, quae de pluribus praedicatur in eo quod quale. Et patet.

Ad rationem in oppositum dicendum, quod ratio procedit de
15 ipsis rebus, non autem de rationibus rerum. Et ita non valet.

Nam proprium in quantum universale non est res aliqua, sed ratio logica applicabilis rei. Vel aliter dicendum, quod duplex est proprium et similiter duplex est singulare, scilicet proprium per materiam et proprium per formam, similiter singulare <per mate-
20 riam et singulare> per formam.

Per hoc respondeo ad rationem: cum dicitur in minori, quod nullum singulare est commune, dico quod haec est falsa nisi sumatur pro singulari per materiam. Nam singulare per formam potest esse commune. Ulterius cum concludit, ergo nullum pro-
25 prium est universale, concedo, si sumatur pro proprio per materiam. Sed hoc interimo.

Quaestio 25

Quaestio est de accidente. Et primo quaeritur, utrum sit universale. Et arguitur, quod non.

30 1. Nam si esset universale, sequeretur, quod singulare esset universale. Consequens est impossibile. Ergo et antecedens. Probatio consequentiae. Nam si accidens et cetera, tunc ista prae-

22 haec] hoc. 23 pro] per.

dicatio esset essentialis: accidens est universale et tunc esset vera in primo modo dicendi per se, sicut ista: homo est animal. Sed quandocumque est propositio taliter vera, de quocumque verum est subiectum, de eodem et praedicatum. Sed hoc subiectum acci-
 5 dens vere praedicatur de hoc albo. Ergo et universale praedicatur de eodem. Ergo haec erit vera: hoc album est universale. Hoc autem est falsum. Ergo et primum.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem respondeo concedendo quod ipsum in pro-
 10 positio est universale distinctum ab aliis. Nam est ratio logica, et hoc in quantum est universale, applicabilis rei, quae potest praedicari de pluribus differentibus specie in eo quod quale.

Ad rationem dicendum, cum dicitur, si accidens esset universale, <sequeretur quod> singulare et cetera, non valet et con-
 15 cedo totam rationem usque hic, scilicet accidens praedicatur de hoc albo, et tunc distingo de accidente. Nam accidens uno modo est ratio logica sicut prius et hoc modo est universale et non praedicatur de hoc albo. Alio modo prout forma quod <est> adveniens rei post eius esse completum et hoc sive illa res sit indivi-
 20 viduum sive species. Et hoc modo accidens non est universale et potest praedicari de hoc albo.

Expliciunt quaestiones Magistri Martini super librum Porphyrii.

13 esset] est. 18 Alio modo] *ex modo alio transp.*

8 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) IV c. 17 CSEL XXXXVIII 280,14 sq.

**QUAESTIONES
SUPER LIBRUM PRAEDICAMENTORUM**

Quaestio 1

Dubitatur de subiecto libri Praedicamentorum. Et primo, utrum ens sit eius subiectum.

Et arguitur, quod non.

5 1. Nam illud debet esse subiectum in scientia logicali, quod est nomen secundae intentionis. Nam secundum Avicennam logica est de secundis intentionibus adiunctis primis. Sed ens non est huiusmodi. Non enim est intentio, sed res. Ergo et cetera.

2. Item: subiectum debet esse univocum ad omnia ea, quae
10 determinantur in scientia, cuius est subiectum. Sed ens non est univocum ad decem praedicamenta. Ergo et cetera.

Oppositum patet sic:

106 ra Nam omnis || scientia est de ente tamquam de subiecto. Ergo et cetera.

15 Ad quaestionem dicendum et concedendo quod ens non est subiectum in libro Praedicamentorum, cum non habeat rationem praedicandi univocam de decem praedicamentis. Et per hoc patet solutio ad quaestionem.

Ad rationem in oppositum respondeo quod duplex est ens,
20 scilicet ens commune et intentionale apprehensum ab anima et ens speciale et reale ponens aliquid in praedicamento. Unde cum dicitur: omnis scientia est de ente, concedo quod <non> est de ente aliquo reali, quod ponit aliquid in praedicamento; sed est de ente intellectuali considerato ab anima, et istud ens nihil aliud
25 est quam ratio quaedam logica.

7 adiunctis] adiutis.

9 univocum] unicum. 11 univocum] unicum. 17 univocam] unicum.
20 et²] ut.

6-7 Avicenna Met. I c. 2 (Venetiis 1508) fol. 70va A: Subiectum vero logicae, sicut scisti, sunt intentiones intellectae secundo, quae apponuntur intentionibus primo intellectis secundum quod per eas pervenitur de cognito ad incognitum.

Quaestio 2

Utrum dicibile incomplexum et cetera sit subiectum huius libri.
Et arguitur, quod non.

1. Quodcumque aequaliter determinatur de aliquibus duobus
5 in una scientia, si unum illorum est subiectum, et reliquum
debet esse. Sed in ista scientia aequaliter determinatur de dicibi-
libus sive praedicabilibus quod idem est et de subicibilibus. Ergo
et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam scientia libri
Praedicamentorum est de ordine subicibilium sive praedicabi-
10 lium in suo genere.

Oppositum patet per rationem. Nam illud est subiectum in
scientia, cuius natura declaratur per ipsam et gratia cuius decla-
ratur de omnibus, quae determinantur in ipsa. Sed dicibile in-
complexum est huiusmodi. Ergo et cetera.

15 Ad quaestionem respondeo et concedo, quod ratio subicibilis
et praedicabilis sit subiectum in hac scientia. Cuius declaratio:
nam subiectum cuiuslibet scientiae logicalis debet esse res logica.
Sed dicibile incomplexum est huiusmodi. Nam dicibile incom-
plexum nihil aliud est quam ratio rei subicibilis vel praedicabilis,
20 et sic est res logica. Et hoc est subiectum libri Praedicamentorum.

Ad rationem in oppositum respondeo concedendo maiorem,
interimendo minorem. Nam sicut substantia praedicatur, ita
subicitur. Et intellige, quod quinque condiciones possunt appli-
cari subiecto huius libri. Prima est, quod habeat rationem uni-
25 voci. Secunda est, quod habeat rationem incomplexi. Tertia, quod
habeat rationem universalis vel particularis, subiecti vel acciden-
tis. Quarta, quod sit ordinabile in genere. Quinta, quod sit
distincta a rebus aliorum generum. Unde subiectum huius libri
est ens dicibile univocum, incomplexum, *** ordinabile in genere;
30 distinctum a rebus aliorum generum.

9 sive] in. 5 si] sed. 17 logicalis] li. 24-25 univoci] unici. 29 univo-
cum] unicum. in] inde.

2 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,168 D. Aristoteles Categ. 2
(1a 17); Boethius l. c. 180 A. Aristoteles Categ. 4 (1b 25). 28-30 Albertus
M. De praedicamentis tract. I c. 1: huius libri subiectum est enim subiectum
ordinabile in ratione praedicabilis, vel subicibilis, secundum quod stat sub
voce talem ordinem signante

Quaestio 3

Quaestio est, utrum ens potest esse genus ad decem praedicamenta.

Et arguitur, quod sic:

5 1. Dicit Aristoteles in libro Topicorum, quod omne illud, quod praedicatur in quid de aliquo et est in plus eo, impossibile est separare a ratione generis. Ens est huiusmodi. Ergo et cetera.

2. Item: omne illud, quod praedicatur de aliquo in primo modo dicendi per se, si non est species nec convertibile, oportet, quod
10 sit genus. Sed ens praedicatur de substantia in primo modo et cetera. Nec est species nec convertibile, quod patet de se. Ergo et cetera.

Ad oppositum:

Nihil quod praedicatur per se de differentia potest esse genus.
15 Sed ens per se praedicatur de differentia. Ergo et cetera. Probatio maioris: nam secundum Aristotelem si genus praedicaretur de differentia, sequeretur quod unum animal esset multa animalia. Cuius probatio est: quia suppono tres suppositiones, quarum
106 rb prima est quod unumquodque sicut se habet ad esse, sic se habet ad unitatem. || Secundo suppono, quod differentia sumatur a quadam forma diversa vel contraria formae, a qua accipitur genus, sicut rationale sumitur a ratione, quae diversa est a forma, a qua accipitur animal, scilicet a sensu. Tertio suppono, quod
25 genus et differentia per se praedicentur de sua specie. Nam sunt partes suae definitionis. Et ulterius genus et illud, de quo praedicatur ipsum genus, communicent in eadem forma. Quarto debet sumi hypothesis falsa, scilicet quod genus per se praedicatur de differentia. Arguo igitur sic: homo est animal. Ergo per primam suppositionem: unus homo est unum animal. Similiter: homo est
30 rationalis. Ergo unus homo erit unum rationale. Ergo si praeterea genus praedicatur per se de differentia, tunc haec erit per se vera: rationale est animal, et sic adhuc per primam suppositionem: unum rationale erit unum animal. Sed per secundam supposi-

8 praedicatur] ponitur. 30 praeterea] per te. 32 rationale] erit unum animal. Sed per secundam suppositionem *add. et del.*

5-7 Aristoteles Topic. IV (Δ c. 5 128a 13 sq.) PL 64, 953 A. 16-17 Aristoteles Topic. VI (Z c. 6 114a 31-38) PL 64, 977 A-B.

tionem differentia sumitur a quadam forma diversa a natura generis; et quaecumque aliqua duo diversa per se ponuntur de aliquo uno, oportet quod illud unum sit illa duo, cum subiectum et illud, quod per se praedicetur de ipso, participant eandem
 5 formam. Ergo a primo ad ultimum de necessitate sequitur, quod unum animal erit multa animalia. Minor principalis rationis determinatur per rationem, scilicet quod ens per se praedicatur de differentia ut: rationale est ens. Cuius probatio est: nam si non, tunc sequeretur, quod rationale non esset per se principium ali-
 10 cuius entis. Sed est per se principium et cetera. Ergo ens per se praedicatur <de> rationali; et sic idem quod prius.

Ad quaestionem dico, quod ens non est genus eo quod non habet rationem univocam praedicandi de inferioribus et similiter eo quod praedicatur per se de differentia sicut ostendit ratio. Et
 15 cetera.

Ad argumentum in contrarium dicendo quod non sufficit ad hoc <quod> aliquid sit genus, quod praedicetur in quid et quod sit in plus. Nam si hoc sufficeret, sequeretur, quod homo esset genus respectu hominis albi, quod non est verum. Sed oportet, quod
 20 habeat tertiam rationem, scilicet univocam rationem praedicandi, quod non est verum de ente.

Ad secundum dicendum: cum dicitur, si non est species nec convertibile, ergo est genus, non valet, nisi sumatur communiter pro genere analogo.

25 Et nota, quod analogum est medium inter simpliciter aequivocum et simpliciter univocum. Nam simpliciter univocum est vox una continens sub se plura, quibus pluribus suam rationem communicat aequaliter, non ita quod uni per naturam alterius. Cuius declaratio est haec: nam animal non communicat se Socrati
 30 per naturam Platonis. Simpliciter autem aequivocum est vox una significans plura per diversas rationes, et communicat se illis pluribus aequaliter, <non> ita quod uni per naturam alterius. Cuius declaratio est: nam latrabilis non dicitur canis per naturam caelestis. Analogum cum est vox una sub diversis rationibus continens

1 quadam] quarta. 13 univocam] univocam. 20 univocam] univocam. 22 nec] vertibile *add. et del.*

33-34 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) I c. 8 CSEL XXXXVIII 154,17.

plura et per hoc convenit cum aequivoco et recedit a natura univoci et communicat illis pluribus inaequaliter per prius et per posterius, hoc est dictum: convenit uni per naturam alterius, sicut accidenti per naturam substantiae.

5

Quaestio 4

Quaestio est de termino aequivoco et primo, utrum possibile est aliquem terminum esse aequivocum.

Et arguitur, quod non. ||

106 va 1. Nam terminum esse aequivocum est ipsum significare plura.

10 Sed impossibile est terminum significare plura. Ergo et cetera. Maior patet. Probatio minoris: dicit Aristoteles in IV. Metaphysicae, quod terminus, qui non significat unum solum, nihil significat. Omnis ergo terminus aut significabit unum solum aut nihil. Sed non nihil, ergo solum.

15 2. Item: terminum esse aequivocum est ipsum significare plura, sicut prius. Sed hoc est impossibile. Ergo et cetera. Maior patet. Probatio minoris: nam sicut intellectus intelligit, sic vox significat. Sed intellectus <intelligit> unum et non plura. Ergo et cetera.

20 3. Ad idem: Aristoteles in libro Posteriorum dicit, quod contingit multa scire, unum solum intelligere. Sed significare sequitur intelligere. Ergo et unum solum contingit significare.

4. Item: quaecumque se habent ad invicem secundum habitudinem relativam non multiplicato uno, non multiplicatur et reliquum. Sed vox et significatio sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

25 Oppositum patet per rationem sic:

1. Nam si non esset aliquis terminus aequivocus, nulla esset fallacia aequivocationis. Ergo et cetera.

6 termino] tertio.

9 significare] significare.

15 significare] significare. 18 significat] significat. 21 sed] a *add. et del.*

11-13 Aristoteles Met. IV t. 10 (Γ c. 4 1006 b 7). 20-21 Aristoteles Topic. II (B c. 10 114b 34-35) PL 64, 932 C. Aristoteles Post. Anal. I (A c. 23 84b 35-85a 1) PL 64, 763 A. Thomas In Post. Anal. I c. 23 lect. 36 n. 318: Comparatur autem intellectus ad scientiam sicut unum et indivisibile ad multa.

2. Item: videtur quod quilibet terminus sit aequivocus. Nam omnis terminus significans plura, sicut dictum est, est aequivocus. Sed omnis terminus significat plura. Ergo et cetera. Probatio minoris: nam omnis terminus est quoddam aggregatum. Et
 5 omne aggregatum significat plura, quia significat materiam. Ergo et cetera. Minor patet. Maior declaratur: nam omnis terminus aggregatur ex voce pro materia et ex significatione pro forma.

3. Item: hoc idem patet. Nam omnis terminus significat rem ut ipsa res est, et significat speciem sive proprietatem consequentem
 10 ad ipsam rem. Et sic omnis terminus significat plura, quia significat materiam et formam. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod possibile est aliquem terminum esse aequivocum. Cuius declaratio est: nam possibile est, quod vox sit una, significationes vero multae. Sed hoc nihil aliud est
 15 quam terminum esse aequivocum. Ergo et cetera. Declaratio primi est: nam illud, cui datur ab intellectu humano habitudo ad significatum et quod de se non determinat sibi aliquod unum significandum, ei non repugnat significare <plura>. Sed vox ipsa de sui natura est huiusmodi. Nam sibi non determinat unum significa-
 20 tum plus quam aliud, sed est velut quoddam instrumentum capax huius vel illius significati, prout sibi attribuit intellectus habitudinem ad significandum.

Nota tamen, quod ad hoc quod terminus sit aequivocus concurrunt duae condiciones: prima est, quod significat plura;
 25 secunda est, quod significat plura ita quod in significando unum non dependeat ab habendo reliquum, et quod unum non se habeat per informationem ad reliquum.

Per hoc patet responsio ad rationes et primo ad primam. Cum dicit Aristoteles in Metaphysica, quod terminus, qui non
 30 significat unum solum, nihil significat, glosso in modo Aristotelis dupliciter: uno modo sic, quod quilibet terminus primo et principaliter significat unum solum, nihilominus tamen ex consequenti potest significare aliud et aliud. Vel aliter et melius, quod unum solum significare contingit dupliciter: uno modo quod

2 aequivocus] aequivocum.

10 significat¹] significat. 13 est²] aliquem *add. et del.* 15 quam] quod.
 16 humano] humanae. 17 aliquod] alio. 24 duae] duo. 28 ad¹] a. 32-33
 consequenti] consequente.

significat unum solum ita quod nihil aliud, et sic significat terminus univocus et hoc modo non intellexit Aristoteles. Auctoritate illa alio modo dicitur terminus significare unum solum, 106 vb licet tamen habeat multa significata || pro tanto quod in habendo 5 unum significatum non dependet ab habendo reliquum, et sic terminus aequivocus significat unum solum, quia suorum significatorum unum non dependet ad alterum.

Ad secundum dicendum, cum dicit quod sicut contingit intelligere, sic contingit significare, dico, quod non oportet. Nam 10 intellectus successive potest plura intelligere et<si> non simul. Sed vox ipsa potest simul et semel plura significare et hoc admensis impositoribus. Vel similiter, cum dicit, quod intellectus non potest plura intelligere simul, dicendum quod verum est de 15 intellectu unius hominis, intellectus tamen multorum bene possunt plura simul intelligere. Nam unus existens in uno loco bene potest imponere hoc nomen Socrates ad significandum unum, et alius in alio ad significandum aliud et tertius in tertio ad significandum tertium, et sic intellectus diversorum possunt plura intelligere per hanc vocem Socrates.

20 Et per hoc potest solvi argumentum istud: dicit Aristoteles in libro Perihermeneias, quod vocem significare nihil aliud est quam intellectum alicuius constituere. Sed intellectus non potest per vocem multa simul intelligere. Ergo <nec> multa significare.

Ad rationes quae probant, quod omnis terminus est aequivocus, 25 respondeo dicendo, quod non oportet quod omnis terminus sit aequivocus eo quod significat plura quorum unum dependet ad alterum vel se habet per informationem respectu alterius et sic se habet forma ad materiam in tertio unito et ideo non procedunt rationes.

30

Quaestio 5

Quaestio est, utrum nomen aequivocum sit nomen unum.
Et arguitur, quod non.

10 successive] *corr. ex successiive.*

2-5 Aristoteles Met. IV t. 10 (Γ c. 4 1006a 34-1006b 5). 20-22 Boethius Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας c. 3 (ed. Meiser 5,6-7): constituit enim qui dicit intellectum. Aristoteles Peri herm. c. 3 (16b 20). 28 Aristoteles Met. VIII t. 6 (H c. 2 1043a 18 et 28).

1. Cuius unitas accipitur a modo significandi uno, si modus significandi non est unus, nec ipsum est unum. Sed nomen accipit suam unitatem a modo significandi uno. Et constat, quod modus significandi non est unus in termino aequivoco. Cuius
5 significatio est: nam modus significandi fundatur in re significata. Ergo ubi res significata non est una, modus significandi non erit unus. Et patet ratio.

2. Item: ratio partis praesupponit rationem dictionis. Ergo quod non est dictio una, non erit pars una. Sed terminus aequi-
10 vocus non est dictio una. Cuius probatio est: nam unitas dictionis sumitur a proportionem vocis significantis ad rem significatam. Sed res significata non est una. Ergo et cetera.

1. Oppositum patet per Aristotelem in libro Praedicamentorum et dicentem, quod aequivoca dicuntur quorum solum nomen
15 est unum.

2. Item: Aristoteles dicit in libro Elenchorum, quod fallacia aequivocationis fit ex eo, quod eisdem nominibus non idem significamus. Sed idem et unum convertuntur. Ergo et cetera.

3. Item: omne, quod distinguitur numeraliter ab alio, est unum
20 numeraliter ab eo. Sed nomen aequivocum est huiusmodi. Cuius declaratio est: nam unum nomen aequivocum distinguitur numeraliter ab alio nomine aequivoco ut anus ab hoc quod dico expediens.

107 **ra** Ad quaestionem dico || quod nomen aequivocum non est
25 nomen unum numeraliter, est tamen unum nomen aequivocum numeraliter. Iuxta quod intellige, quod signum, dictio, pars orationis ut nomen vel verbum, terminus, subiectum, praedicatum, maior extremitas, omnia ista se habent secundum ordinem, et unumquodque addit aliquid supra rationem alterius nec differunt

8 dictionis] dictionemque.

16 libro] e *add. et del.* 18 idem] si *add. et del.* convertuntur] conveniuntur.

28 maior] amor *litt. a del.*

13-15 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64, 163 C. Aristoteles Categ. 1 (1a 1). 16-18 Aristoteles Soph. Elench. I (A c. 4 165b 29-30) PL 64,1010 A: eisdem nominibus et eisdem orationibus non idem significamus. 22-23 Aristoteles l. c. (165b 35 sq.) PL 64,1010 B. Petrus Hispanus Summulae logicales tract. VII 7.11 (ed. Bocheński [68]).

secundum rem. Nam aliquid est signum ex ratione significandi applicata cuicumque rei ut voci vel ligno vel lapidi. Sed dictio addit aliquid. Nam dictio est signum ex ratione significandi comparatu ad vocem tantum. Pars autem addit modum significandi. Nam per hoc quod habet modum significandi nominaliter dicitur nomen et verbaliter dicitur verbum. Terminus vero praesupponit totum et addit aliquid, scilicet quod est illud, ad quod habet fieri resolutio omnium eorum, quae determinantur in logica. Subiectum autem addit rationem subiciendi, praedicatum rationem praedicandi. Maior extremitas est illud, sub quo sumitur minor. Et cetera.

Per hoc respondeo ad propositum dicendo, quod nomen aequivocum non est nomen unum numeraliter. Cuius declaratio est: nam modus significandi, per quod nomen est nomen, causatur ex re significata. Sed res significata in nomine aequivoco non est una. Igitur nomen aequivocum non erit nomen unum numeraliter, sicut ostendit ratio prima superius habita. Aequivocum tamen est unum nomen aequivocum numeraliter. Cuius declaratio est: nam modus significandi, per quem nomen est unum nomen aequivocum numeraliter, non causatur a re significata, sed a voce significante. Sed in nomine aequivoco vox est una. Necessario igitur et cetera. Unde stant simul, quod nomen aequivocum non est unum nomen numeraliter, et tamen est nomen aequivocum numeraliter. Cuius declaratio satis patet per illam rationem superius habitam, scilicet omne quod distinguitur ab alio numeraliter et cetera.

Per hoc respondeo ad rationes dicendo, quod duae primae rationes nihil concludunt de termino aequivoco nisi quod non est unum nomen numeraliter quod concedo. Sed tres rationes in oppositum nihil concludunt nisi quod nomen aequivocum est unum aequivocum numeraliter et utrumque concedo.

Sed nunc opponere ut aliquis: nomen se habet ad aequivocum sicut genus ad speciem. Dare igitur quod non est nomen unum et quod est aequivocum unum est inconueniens. Nam inconueniens est ponere multitudinem in genere et unitatem in sua specie.

1 ratione] in *ōi* add. 6 verbum] *vmbum*. 32 nomen] *nomen add. et del.*

10-11 Petrus Hispanus l. c. tract. IV 4.03 (ed. Bocheński [37]).

Ad quod dicendum quod non se habent sicut genus et species, <quae> sunt unum in essentia. Nomen vero et nomen aequivocum non constituunt unum essentialiter, quia causantur ex diversa ratione modorum significandi, ut dictum <est>. Concedo tamen,
5 quod accidit nomini, quod sit aequivocum.

Quaestio 6

Quaestio est, utrum ratio significandi, quam addit intellectus supra vocem, sicut in praecedentibus tactum est, sit aliquid in voce et utrum sit aliquid realiter additum voci.

10 Quod sit aliquid in voce, probatio:

Nam illud, sub quo accipitur vox, <quo vox> iam habet habi-
107 ^{rb} tudinem ad rem significatam et quo ablato || vox ipsa non habet
habitudinem, est aliquid in voce. Ratio significandi est huius-
modi. Ergo et cetera. Quod concedo.

15 Item: quod non sit aliquid realiter additum voci, probatio:

Nam illud, quod non remanet in voce nisi in quantum vox cadit sub intellectu nostro, non est aliquid realiter et cetera. Ratio significandi est huiusmodi. Ergo et cetera.

Item: illud, quod realiter est in voce, hoc habet a principiis
20 informantibus vocem. Sed rationem significandi non habet ab illo, qui informat vocem. Nam vox formatur a principiis naturalibus, ratio vero significandi ab intellectu nostro, quod concedo. Nam ratio significandi non est aliquid reale ens in voce, sed intellectuale, sicut concludit prima ratio.

25 *Quaestio 7*

Quaestio est, utrum terminus aequivocus habeat sua significata sub copulatione vel disiunctione.

Ad quod dicendum quod nec sub copulatione nec sub disiunctione, sed actualiter.

30 Quod non sub copulatione patet:

Nam ex toto licitum est inferre quamlibet eius partem. Si ergo

13 habitudinem] quae *add.*

17 aliquid] aliud. 20 ab] alio *add. et del.* 21 formatur] formantur.

terminus aequivocus haberet et cetera, tunc sequeretur: omnis canis currit. Ergo coeleste sidus currit. Hoc autem est falsum. Ergo et cetera.

Item: quod non per modum disiunctionis, constat.

5 Nam de ratione disiunctionis est, quod ipsa tota posset verificari pro altera parte. Si ergo terminus aequivocus haberet et cetera, tunc sequeretur, quod si posset verificari pro uno significato, posset verificari pro omnibus, quod falsum est

Hoc idem declaratur sic: nam illud, quod de suo significato
10 vel modo significandi non includit in se coniunctionem copulativam vel disiunctivam, non habet et cetera. Terminus aequivocus est huiusmodi. Ergo et cetera.

Habet tamen omnia sua significata actualiter. Cuius declaratio satis patet.

15 *Quaestio 8*

Quaestio est, utrum terminus aequivocus unica definitione distribuet pro omnibus suis significatis.

Et arguitur, quod sic.

1. Cum sic dico: omnis canis currit, suppono, quod hic fiet
20 distributio pro aliquo significato. Et tunc quaero, quare magis pro illo significato quam pro quolibet, cum significet omnia aequaliter. Aut ergo distribues pro omnibus aut pro nullo. Non pro nullo, ergo pro omnibus. Probatio minoris: nam si activum adiungatur suo passibili, impossibile est ipsum non agere et
25 cetera. Sed signum universale in quantum est distributivum est actio rationis; terminus vero distribuabilis est subiectum suae actionis. Ergo et cetera.

2. Item: illud, quod distribuit terminum aequivocum per suum significatum vel modum significandi, <si> significatum est
30 unum et modus significandi unus, erit distributio una. Cuius declaratio est: nam actio semper sequitur formam sicut patet in

2 coeleste] coelestis.

5 disiunctionis] disiunctione.

26 actio] actionem.

actione ignis. Sed signum universale distribuens terminum aequivocum habet significatum unum et similiter modum significandi unum. Ergo et cetera.

Ad oppositum: sicut se habet mobile ad motum, sic distribuabile ad distributionem. Sed motus non est unus, nisi mobile fuerit unum. Ergo distributio non erit una nisi distribuabile fuerit unum. Sed distribuabile non est || unum in proposito. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod signum <distributivum> duas habet naturas. Nam est dictio adiectiva et distributiva. Et sic exigit duo in eo, cui additur, scilicet quod se habeat in ratione per se stantis — et per hoc excluditur ista locutio: albus currit — et similiter habeat rationem distribuabilis et <per> hoc excluditur huiusmodi locutio: omnis Socrates. Unde supponendo quod terminus aequivocus sit communis, dicendum quod terminus aequivocus distribuitur omnibus suis significatis, non tamen unica distributione numero, sed unica formali vel in specie. Cuius declaratio est: nam distributio actio quaedam est rationis. Omnis autem actio et fieri procedit a forma agente, non tamen capit numerum ab ea, sed a subiecto passibili. Verbi gratia: nam si forma agens, per quam agit ignis in hunc et in illum, sit una, tamen actio non est una, sed multiplex ad multiplicitatem substantiarum suscipientium. Similiter est in proposito: nam etsi significatum et similiter modus significandi, per quos signum agit in terminum aequivocum ipsum distribuendo, habeant rationem unitatis, tamen distributio non erit una in numero.

Per hoc patet ad rationes:

Nam cum quaeritur aut sit distributio pro omnibus aut pro nullo, dico quod pro omnibus, non tamen unica distributione numeraliter ut patet.

Ad secundum cum dicit: illud, quod distribuit terminum aequivocum et cetera, dicendum quod non propter hoc oportet, quod distributio sit una in numero, cum actio non suscipiat numerum a forma, sed a subiecto.

19 autem] fieri *add. et del.* 20 passibili] possibili. 22 multiplex] nihil et licet. 26 tamen] cum. 34 numerum] num.

14 Aristoteles Met. V t. 15 (Δ c. 9 1018a 3-4). Petrus Hispanus Summulae logicales tract. XII 12.01 (ed. Bocheński [112]).

Quaestio 9

Quaestio est de ista definitione: univoca dicuntur et cetera.
Et arguitur, quod sit nulla, sic:

1. Univoca dicuntur, quorum nomen commune <est> et ratio
5 substantiae eadem. Sed aequivoca dicuntur eodem modo. Ergo
et cetera. Maior patet de definitione univocorum. Minor probatur:
nam hoc nomen aequivocum secundum nomen et secundum
rationem substantiae aequivocorum praedicatur de omnibus
aequivocis. Et sic omnia aequivoca univocantur in hoc nomine
10 aequivocum. Ergo aequivoca sunt univoca. Hoc autem est falsum.
Ergo definitio nulla.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod definitio univocorum est
sufficiens, sicut posuit Philosophus. Sed cum dicit: ratio sub-
15 stantiae eadem, intellige quod ibi sumitur substantia pro omni
eo, per quod potest referri ad intentionem secundam.

Ad rationem in oppositum respondeo concedendo maiorem.
Sed cum dicit in minori, quod aequivoca sunt, quorum nomen
commune et ratio substantiae eadem dicitur, per hoc est aequi-
20 vocum de aequivoco et similiter de univoco. Nam utrumque du-
pliciter potest accipi: aut pro ipsa re aequivoca et univoca, aut
pro his intentionibus aequivocum, univocum. Unde si in minori
principalis rationis sumatur aequivocum pro re aequivoca, et
dicatur ratio substantiae scilicet rerum aequivocatarum secundae
25 intentionis designandae per hoc vocabulum aequivocum, <verum
107 vb est>. Nam sicut dictum est, omnia aequiv || oca univocantur in
hoc vocabulo aequivocum et de eis secundum nomen et rationem
<substantiae praedicatur hoc nomen aequivocum>. Sed longe
differt definitio aequivocorum ab ista. Nam prout ibi sumitur
30 substantia dicendo quod ratio substantiae est eadem, bene potest
verificari pro substantia rerum significatarum et pro substantia
huius vocabuli univocum.

6 univocorum] univoca. 10 est] v *add. et del.* 17 maiorem] minorem.
19 commune] quae. 20 univoco] unico. 23 aequivocum] aequivocam. aequi-
voca] *corr. ex* aequivocam. 24 dicatur] *corr. ex* decatur. secundae] sed. 29
aequivocorum] aequivocorum. 31 significatarum] significatorum.

2 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,167 B. Aristoteles Categ. 1
(1a 6-7). 4-5 l. c. 12 l. c.

Quaestio 10

Quaestio est, utrum denominativum derivatur ab abstracto ut fortis a fortitudine.

Et arguitur, quod non.

5 1. Nam si sic, quaero: aut est ratione vocis <aut> rei aut modi significandi. Non primo modo: nam non est maior ratio, quare haec vox fortis derivaretur ab hac voce fortitudo quam e converso. Non secundo modo, constat. Nam eadem res significatur per utramque vocem, et sic non est maior ratio, quare unum deri-
10 varetur et cetera quam e converso. Nec tertio modo, probatio: nam nullum oppositum derivatur a suo opposito. Sed denominativum et abstractum opponuntur quantum ad modos significandi. Ergo et cetera.

15 **O**ppositum patet per auctorem in littera dicentem: ut a fortitudine fortis.

Ad quaestionem dico, quod denominativum, sicut vult Aristoteles, derivatur ab abstracto. Sed cum quaeris: aut hoc est ratione rei aut vocis aut modi significandi, dico, quod non ratione rei absolutae sicut concludit ratio praedicta, nec similiter ratione
20 vocis, sicut ostendit ratio pro illa parte. Sed est ratione omnium istorum comparate, prout scilicet res accepta sub posteriori modo intelligendi derivatur a se ipsa in quantum manet sub priori modo intelligendi. Modus enim intelligendi, quo res intelligitur per concretum, posterior est modo intelligendi quo res intelligitur per
25 abstractum. Cuius declaratio est: nam prior est modus intelligendi, per quem res ponit aliquid in praedicamento, quam modus, per quem non et cetera. Sed constat, quod per modum intelligendi rem in abstracto ponitur res in praedicamento ut albedo. Per modum vero intelligendi rem in concreto nihil ponitur in praedi-
30 camento. Nam nullum concretum est in praedicamento. Ergo et cetera.

5 aut¹] hoc *add. et del.* modi] nomini. 7 hac] ac. 10 Nec] m.^c 18 modi] nomini. 21 modo] non. 24 posterior] i *add. et del.* 26 quem] quam. 27 quem] quam.

3 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,167 D. Aristoteles Categ. 1 (1a 14-15). 14 l. c.

Per hoc patet responsio ad rationes. Nam bene concludit prima ratio pro ratione vocis absolutae; et similiter concludit secunda ratio, quod non ratione rei absolutae. Nam his duobus modis non est maior ratio quare unum derivaretur ab altero quam e con-
 5 verso. Sed cum arguitur postea, quod non ratione modi significandi, dico quod verum est absolute loquendo. Comparando tamen modum significandi ad rem significatam, prout res ipsa quandoque manet sub posteriori modo intelligendi, quandoque sub priori, sic plane videbitur ordo derivandi concretum ab ab-
 10 stracto.

Quaestio 11

Quaestio est, utrum substantia sit primum praedicamentum. Et arguitur, quod non.

1. Nam primi entis primum erit praedicamentum. Accidens
 15 est huiusmodi et non substantia. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur per rationem sic: nam dimensiones interminatae praecedunt substantiam sive formam in materia sicut vult Aver-
 108 ra roes. Sed huiusmodi || dimensiones sunt accidentia. Ergo et cetera.

2. Item: hoc illud sic arguitur: nam qualitas est alterationis
 20 terminus sicut substantia est terminus generationis. Unde arguo sic: sicut se habet alteratio ad generationem, sic se habet terminus alterationis ad causam generationis. Sed alteratio praecedit generationem, quod patet de se. Terminus alterationis praecedit causam generationis. Sed terminus alterationis est accidens, ter-
 25 minus vero generationis est substantia. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem, qui ordinat substantiam primum praedicamentum.

9 sic] sicut. 18 huiusmodi] sunt *add.*

26 qui] quae.

16-18 Averroes De substantia orbis (Venetiis 1483) II, 2 fol. 76va: scivit dimensiones terminatas ultimo actu non posse esse nisi postquam forma substantialis est in eo... prima materia nunquam denudatur a dimensionibus non terminatis. Johannes Dacus De gradibus formarum (Corpus philosophorum danicorum medii aevi, ed. A. Otto) I, 2 p. 543, 24: commentator in de substantia orbis dicit, quod dimensiones interminate precedant formam in materia. 19-20 Aristoteles De gen. et corr. I t. 23 (A c. 4 319b 6 sq.). 26 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64, 180 A. Aristoteles Categ. 4 (1b 26).

Item: hoc illud ostenditur ratione: nam Aristoteles in principio VII. Metaphysicae dicit, quod substantia praecedit accidens definitione, cognitione, tempore. Ergo et cetera.

Ad quaestionem respondeo dicendo, quod substantia est
 5 primum praedicamentum. Cuius ratio est: nam primi entis primum erit praedicamentum. Substantia est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam illud, quod est ens per se et absolutum et non in alio, prius est eo, quod <est> ens per participationem et ideo <in> alio. Sola substantia est huiusmodi.
 10 Cuius declaratio est: nam omne ens esset ens in alio, <si non esset ens per se et absolutum et non in alio.> Et omne tale ens oportet, quod reducatur in aliquod ens, quod est primum et per se. Et sic erit vel infinitas in entibus vel oportet dare aliquod ens primum per se. Sed illud non est nisi substantia. Ergo sub-
 15 stantia est primum ens, quod concedo.

Ad primam rationem in oppositum respondeo: cum dicis, primi entis primum et cetera, concedo. Sed cum dicitur in minori: accidens est huiusmodi, interimo. Nam substantia prima sive motor primus praecedit omne accidens universaliter omnino. Ad
 20 probationem minoris: cum dicitur, dimensiones interminatae praecedunt substantiam, ad quod: non est verum de substantia simpliciter, praecedunt tamen quandam substantiam singularem, quod patet. Nam si ex aqua generaretur ignis, certum est, quod quaedam dimensiones praecedunt substantiam ipsius ignis, non
 25 tamen praecedunt substantiam simpliciter, licet praecedunt formam in materia. Adhuc alio modo praecedit: nam dimensiones non sunt in actu, sed in potentia. Et patet.

Ad secundum dicendum et concedendo, quod substantia est terminus generationis et sic qualitas terminus alterationis.
 30 Sed cum dicis, sicut se alteratio habet ad generationem et cetera, concedo. Sed cum concludis: ergo qualitas praecedit substantiam, concedo quod praecedit illam substantiam, cuius generationem praecedit illa alteratio, non autem substantiam simpliciter.

2 accidens] actum. 26 praecedit] praecedat (?). 27 sunt] actum *add.* 31 ergo] *g add. et del.* 33 simpliciter] similiter.

Quaestio 12

Quaestio est de divisione substantiae in substantiam primam et secundam: utrum sit divisio per se vel per accidens.

Et arguitur, quod non sit divisio per se.

5 Nam omnis divisio per se aut est generis in species aut totius integralis in partes aut vocis in significationes. Divisio substantiae non est aliqua istarum. Ergo et cetera. Probatio huius: non est prima divisio, constat. Nam in divisione generis in species nullum dividendum de altero praedicatur. Et patet ratio. —
 10 Item: non totius in partes. Nam in tali divisione divisum non praedicatur de dividendum. Hic autem praedicatur. Ergo et
 108 rb cetera. — Item: non vocis in significationes. Nam in tali || divisione nullum significatorum de altero praedicatur. Hic autem secunda substantia praedicatur de prima. Ergo et cetera.

15 Item: non est divisio per accidens.

Probatio: nam omnis divisio per accidens aut est subiecti in actum aut accidentis in actum. Divisio substantiae nulla istarum est. Nam in qualibet istarum oportet nominare accidens. Sed in divisione substantiae nullum est accidens. Ergo et cetera.

20 Item: nec est analogi in sua analogata.

Nam analogum dicit diversas rationes ita quod prima per attributionem ad secundam substantiam significat unam solam rationem. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum: consuevit dici a quibusdam
 25 quod hic esset divisio analogi in sua analogata. Quod falsum est, sicut ostendit sufficienter ratio ultima. Dicendum ergo, quod hic non est divisio per se, sicut ostendunt rationes inductae pro illa parte. Est tamen hic divisio per accidens, et hoc non primo et manifeste, sed per reductionem. Reducitur enim ista divisio ad
 30 divisionem accidentis in subiecta. Cuius declaratio: nam hic non dividitur substantia secundum sui essentiam, sed substantia sua proprietate, quae est substare, et sic est accidens, quia tunc suscipit magis et minus, quod <non> est proprietas substantiae, sed accidentis.

3 divisio] dico. 4 non] vero. 12 in¹] et. 17 aut] au *add. et del.* 20 analogi] analogi. 32-33 suscipit] sussipit. 33 et] ad.

5-6 Boethius *De divisione* PL 64,877 B. 30-33 Boethius *In categorias Aristotelis* I, PL 64, 197 A.

Quaestio 13

Quaestio est, utrum substantia, quae est hic genus generalissimum, sit simplex vel composita.

Et arguitur, quod simplex, sic:

5 1. Nullum compositum praedicatur de simplici. Substantia, quae est hic et cetera, praedicatur de simplici, quia de substantia incorporea ut: angelus est substantia.

2. Item: substantia, quae est hic genus generalissimum, praedicatur de substantia, quae est materia et quae est forma, et
10 huiusmodi (sunt) simplicia. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: nam simplex non praedicatur de composito. Sed substantia, quae est hic genus generalissimum, praedicatur de compositis, quia de speciebus sub se contentis. Ergo non est simplex, sed composita. Et hoc est, quod dicit
15 Boethius, quod cum triplex sit substantia: ypostasis, usiasis, usia, relictis extremis agit hic Aristoteles de media ut de genere generalissimo et illa est composita. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum, quod substantia, quae est hic genus generalissimum, est composita et non simplex, et hoc ex
20 materia et forma vel ex ente et esse. Et hoc est, quod voluit Boethius, quod cum triplex sit substantia, scilicet ypostasis, quae est materia, et usiasis, quae est aggregatum, et usia, quae est forma, quod Aristoteles agit de media, quae habet rationem et compositionem.

25 Et hoc est, quod determinat ratio ultima, cum dicit nullum simplex praedicari de composito. Sed substantiae, de quibus praedicari convenit substantia, quae est genus generalissimum,

6 praedicatur] ponitur. substantia] subiecta.

9 est¹] substantia *add. et del.* 15 ypostasis] ypostosis 16 usia] verosia.

15-17 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,184 A. Contra Eutychem et Nestorium c. 3 PL 64,1345 A. Thomas De ente et essentia c. 2 n. 6 bis. De potentia q. 9 a. 1. Johannes Dacus De gradibus formarum (Corpus philosophorum danicorum medii aevi, ed. A. Otto) I,2 p. 545,2-6: Oppositum arguitur hoc primo auctoritate Boetii supra librum predicamentorum, qui distinguit triplicem substantiam, scilicet ypostasim, vsyosim et vsyam, hoc est materiam, formam et compositum, et dicit idem, quod relictis extremis, que sunt materia et forma, agendum est de medio, scilicet de substantia composita.

in proposito sunt compositae. Ergo et cetera. Declaratio huius est: nam natura rei arguitur a nobis per ea, quae apparent nobis de re ipsa et hoc per apparationem suam. Sed ita est, quod quaedam operationes nobis apparent de substantiis, de quibus
 108 va hic dicitur nullum compositum praedicari de simplici. Verum || est <de> simpliciter simplici, utpote de deo, sed cum dicitur, quod substantia praedicatur de angelo, quae est simplex: interim dicendo, quod componitur ex ente et esse. Et intellige, quod illud dicitur compositum ex ente et esse, quod non est suum esse, sed
 10 habet suum esse ab alio.

Ad secundum: cum dicitur, quod substantia, quae est hic genus generalissimum, praedicatur de substantia, quae est materia et forma et cetera, et huiusmodi sunt simplicia, respondeo per interemptionem dicendo, quod substantia, quae est hic genus
 15 generalissimum, non praedicatur de illis, sed quaedam alia substantia aequivoce de his praedicatur, de qua agit Aristoteles in VII. Metaphysicae.

Quaestio 14

Quaestio est, utrum deus est in praedicamento substantiae.

20 Et arguitur, quod sic.

1. Nam de ratione eius, quod est in praedicamento substantiae, est per se stare. Sed deus est maxime per se stans. Ergo maxime deus est in praedicamento substantiae.

2. Item: principium debet esse in eodem genere cum suo principio et mensura cum mensurato, sicut vult Aristoteles X. Metaphysicae. Cuius declaratio est: nam punctus est in eodem praedicamento cum linea et unitas cum uno. Sed deus est principium omnium eorum, quae sunt in praedicamento substantiae. Ergo et cetera.

30 Oppositum arguitur sic: corruptibile et incorruptibile non participant idem genus. Sed deus est incorruptibilis. Quae sunt in hoc praedicamento sunt corruptibiles. Ergo et cetera.

8-9 Et intellige-esse¹] *dupliciter ponitur.*

16-17 Aristoteles Met. VII t. 7 sq. (Z c. 3 1028b 33 sq.).

24-26 Aristoteles Met. X t. 4 (I c. 1 1053a 24-27). Thomas In Met. X c. 1 lect. 2 n. 1954.

Ad quaestionem respondeo breviter, quod deus non est in praedicamento substantiae; omnes tamen intelligentiae et angeli et omnes substantiae terminatae sunt in praedicamento substantiae. Declaratio primi est: nam omne, quod est in praedicamento substantiae, aut ibi <est> per se aut per reductionem. Deus autem non est per se in praedicamento substantiae. Nam omne tale est genus vel species vel individuum. Sed deus nullum istorum est. <Si esset> aliquid istorum, sic esset compositum.

Item: nec est ibi per reductionem. Constat: nam omne, quod est in praedicamento per reductionem, aut reducitur sicut privatio ad habitum vel sicut principium ad suum principiatum. Deus non reducitur primo modo, quia non est privatio, nec secundo modo, quia non est principium per se et proprium alicuius generis, sicut unitas est principium proprium unius vel punctus lineae.

Item: dicitur, quod non est per se in praedicamento. Nam omne, quod est per se in aliquo praedicamento, oportet, quod habeat aliquid, per quod contrahitur natura generis ad speciem, sicut homo habet in se rationale, per quod contrahitur animal ad naturam speciei. Sed deus non habet in se aliquid, per quod et cetera. Nam si haberet, esset compositum, quod falsum est. Hoc patet in XI. Metaphysicae.

Iterum: illud, quod est in praedicamento substantiae, non est suum esse, quia est compositum. <Compositum> autem non habet suum esse <a se>, sed a componentibus. Deus autem habet suum esse a se. Ergo et cetera.

Item: quod angeli et intelligentiae sint in praedicamento substantiae, declaratur sic: nam omnis divisio generis fit per differentias contrarias; quare quaelibet constituit speciem. Sed haec divisio est huiusmodi: animalium rationalium aliud est mortale, aliud immortale. Ergo quaelibet constituit speciem. Sed indubitanter mortale adiunctum animali rationali constituit hominem. Ergo similiter immortale adiunctum || eisdem constituit angelum

2 omnes] omnis. 6 autem] enim. 7 est] *superscr.* 8 aliquid] aliquod.
17 aliquo] aliquod. 28-29 differentias] et *add.*

21-22 Aristoteles Met. XI t. 37 (Λ c. 7 1072a 31-32). Thomas De ente et essentia c. 5 n. 30.

vel intelligentiam. Relinquitur igitur, quod angelus est species in genere substantiae.

Ad rationes respondeo: cum dicit, quod illud, quod est maxime per se stans, debet esse et cetera, dicendum ad hoc, quod aliquid sit in praedicamento substantiae non solum sufficit, quod habeat rationem per se stantis, sed oportet, quod ultro habeat rationem substantis, hoc est, quod substet operationibus substantiae et similiter accidentibus, quod falsum est de deo.

Ad secundum: cum dicit, quod principium debet esse in eodem genere et cetera, dicendum, quod hoc est intelligendum de principio proprio <et> propinquo et similiter de mensura propria et propinqua, non autem de principio communi omnium, cuiusmodi est deus.

Ad rationem in oppositum respondeo: cum dicit, quod corruptibile et incorruptibile et cetera, dicendum, quod aliquid dicitur incorruptibile dupliciter: uno modo eo quod in se non habet principium suae corruptionis nec a se nec ab alio. Et tale dicitur incorruptibile simpliciter, non cadens in eodem genere cum aliquo corruptibili, ut deus. Alio modo dicitur incorruptibile, quod non habet in se principium suae corruptionis, habet tamen esse suum causatum et entitatem suam causatam ab alio, quod quidem aliud si non fuisset, ipsum esset corruptibile. Et huiusmodi est angelus et ideo communicat in genere substantiae cum corruptibilibus.

25 *Quaestio 15*

Quaestio est, utrum differentia est in genere aliquo.

Et arguitur, quod non.

Quod circuit omne genus rerum, in nullo genere est. Differentia est huiusmodi. Ergo et cetera.

30 Oppositum arguitur: principium speciei est in eodem praedicamento cum sua specie. Sed differentia est principium suarum specierum. Ergo et cetera.

8 falsum] salsum. 21 quod] superscr.

6-8 Albertus M. De praedicamentis tract. II c. 3: tertium est, quod <substantiae> aliis fundandi et substandi virtutem tribuant: sicut quod secundae substantiae consequenter substant accidentibus, consequenter habent a primis.

Ad quaestionem dico, quod differentia duobus modis consideratur: uno modo prout est intentio logica significata per hoc vocabulum differentia. Et sic circuit omne genus rerum et in nullo genere est. Nam res logica in quantum huiusmodi nihil
 5 ponit in praedicamento, cum ipsa non sit res, sed ratio rei. Alio modo sumitur differentia pro eo quod est differentia, hoc est qua distinguuntur ea, quae sunt sub eodem genere ut <rationale et> irrationale. Et hoc modo differentia cadit in eodem praedicamento cum specie, cuius est principium. Per hoc patet responsio
 10 ad rationes; quaelibet enim procedit via sua.

Quaestio 16

Quaestio est, utrum differentia praedicatur univoce.

Et arguitur, quod non.

Nihil, quod caret <definitione>, praedicatur univoce. Hoc
 15 declaratur per definitionem univocorum. Sed differentia caret definitione. Cuius declaratio est: nam solius speciei est definitio. Ergo et cetera.

Oppositum patet per Aristotelem in littera, qui dicit: de quocumque praedicatur differentia, ratio differentiae praedicatur de
 20 eodem.

Ad quaestionem respondeo dicendum, quod differentia eo modo quo habet definitionem, praedicatur univoce. Nam de quocumque praedicatur gressibile, et ratio gressibilis praedicatur de eodem, quae est super terram pedibus gradiri. Non tamen proprie
 25 habet definitionem, sicut species, ut ostendit ratio, sed aliqualem notificationem. Et eo modo quo habet talem, concedo quod praedicatur univoce taliter qualiter. Per hos patet responsio ad rationes.

8 hoc] est *add. et del.*

12 univoce] et arguitur *add. et del.*

15 definitionem] diffinissionem.

Quaestio 17

Quaestio est, utrum substantiae aliquid est contrarium.

Et arguitur, quod sic.

1. Aristoteles dicit X. Metaphysicae, quod in omni genere est
 5 una contrarietas prima, ad quam reducuntur omnia contraria
 109^{ra} illius generis. Ergo etiam || substantiae et cetera.

2. Item: divisio generis fit per differentias contrarias. Sed
 differentiae substantiae sunt formae substantiales. Ergo una
 alteri contrariatur et sic substantia substantiae.

10 3. Item: per Aristotelem libro De morte et vita: omne quod
 corrumpitur, corrumpitur per suum contrarium. Sed quaedam
 substantiae corrumpuntur. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod substantiae secundum
 15 materiam nihil est contrarium secundum quosdam, sed secundum
 formam aliquid est ei contrarium. Sed hoc nihil (aliud) est
 (quam) quod idem est subiectum sive materia formarum substan-
 tialium et accidentium. Ergo si substantiae quantum ad materiam
 et cetera, ergo nec accidenti erit aliquid contrarium, quod falsum
 20 est.

Item: consuevit dici, quod substantiae quantum ad formam
 substantialem nihil est contrarium, sed quantum ad formam
 accidentalem. Et patet. Sed hoc nihil esse videtur, quia divisio
 generis fit per differentias contrarias et tales sunt formae sub-
 25 stantiales. Ergo et cetera.

Dicendum ergo melius, quod proprie sumendo rationem con-
 trarietatis substantiae nihil est contrarium; et est propria ratio

13 littera] *hic immediate sequitur proxima quaestio* (18): Quaestio est, utrum
 substantia suscipit magis et minus (p. 179,2) *usque*: ..non suscipere magis nec
 minus (p. 179,15). 18 quantum] *quam*.

4-6 Aristoteles Phys. I t. 56 (A c. 6 189b 26-27). Aristoteles Met. X t. 23 (I
 c. 7 1057b 4 sq.) 7 l.c. X t. 24 (I c. 8 1058a 9-10). 10-11 Aristoteles De longi-
 tudine et brevitate vitae c. 3 (465b 7-8). 13 Boethius In categorias Aristotelis
 I, PL 64,195 D. Aristoteles Categ. 5 (3b 24). 14-16 Averroes Phys. I c. 52
 (Venetiis 1483) fol. 12rb: ...et similiter etiam nihil prohibet ut substantiae sint
 contrariae secundum formas, non contrariae secundum subiectum; et sic dicere
 quod substantia non est contraria substantiae, est verum secundum subiectum, et
 quod substantia est contraria substantiae secundum formam est verum.

contrarietatis, de qua datur definitio contrariorum, scilicet contraria sunt, quae posita sunt sub eodem genere et cetera. Sunt enim proprie contraria, quae habent virtutes actuales in se invicem et sunt transmutabilia circa idem subiectum, et quam cito
 5 fit recessus ab uno ipsorum, tam cito fit directus accessus ad reliquum, et huiusmodi sunt album et nigrum circa corpus. Et de ista contrarietate loquitur Aristoteles, quando dicit, quod substantiis nihil est contrarium: verum est isto modo.

Quaedam autem dicuntur contraria secundum convenientem
 10 rationem contrarietatis et huiusmodi consistit inter excellens et deficiens et privationem et habitum. Nam cum genus dividitur per differentias contrarias, semper una differentia est magis excellens et per modum habitus quam alia, sicut patet in his differentiis: rationale et irrationale et cetera. Et sic intelligitur
 15 illa propositio, quod in omni genere est una prima contrarietas et cetera.

Per hoc patet responsio ad rationes: quoniam cum dicit primo: in omni genere est una prima et cetera, intelligitur de communi proprietate, quae est inter excellens et deficiens.

20 Per hoc solvitur secundum argumentum.

Ratio ad oppositum procedit sua via.

Sed notandum tamen, quod tripliciter dicitur aliquid habere contrarium: uno modo, quia est compositum ex contrariis sicut homo ex quattuor elementis. Alio modo, quia est in aliquo habente
 25 contrarium sicut quantitas est in carne, quae habet contrarium.
 109 **rb** Et his || duobus modis substantiae potest aliquid esse contrarium. Tertio modo, quia sibi contrariatur aliquid secundum formam, et hoc modo sumitur contrarietas in libro Praedicamentorum, cum dicitur, quod substantiae nihil est contrarium.

5 recessus] ad rem *add. et del.* 12 differentia] dicta. 14 sic] sicut. 24 homo] sicut *add.* 29 contrarium] *hoc loco sequitur:* ad quaestionem dicendum... (p. 179,16).

7-8 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,195 D. Aristoteles Categ. 5 (3b 24). 9-11 Aristoteles Met. X t. 15 (I c. 4 1055a 33). Albertus M. Phys. I tract. III c. 3. Jean de Sècheville De principiis naturae (ed. R.-M. Giguère O. P., 1956,41,10-11).

Quaestio 18

Quaestio est, utrum substantia suscipit magis et minus.

Et arguitur, quod sic.

1. Quaecumque possunt admisceri et suis potentiis adaequari,
 5 suscipiunt magis et minus, sicut dicit Aristoteles libro De genera-
 tione. Sed quaedam substantiae sunt huiusmodi, sicut substantiae
 simplices ut elementa. Ergo et cetera.

2. Item: hoc idem patet per auctorem in littera, qui dicit, quod
 substantia, quae est species, est magis substantia quam ea, quae
 10 est genus.

Oppositum arguitur per rationem sic: nam si substantia
 susciperet et cetera, sequeretur, quod generatio esset motus, cum
 non sit, sed mutatio. Et patet.

Item: hoc idem patet per auctorem in littera dicentem, quod
 15 proprium substantiae est non suscipere magis nec minus.

Ad quaestionem dicendum, quod Averroes dicit super
 librum De generatione, quod substantiae simplices, scilicet ignis
 et aqua intenduntur et remittuntur in suis formis. Unde dicit,
 quod non fieret mixtio ex his, nisi intenderentur et remitterentur.
 20 Sed hoc reprobatur Aristoteles V. Physicorum dicens quod si
 substantia susciperet magis et minus, sequeretur, quod generatio
 esset motus. Cuius probatio est, quia omnis transmutatio divi-
 sibilis est secundum gradus, et illa transmutatio est motus. Sed
 omnis generatio est transmutatio. Ergo et motus, quod falsum
 25 est. Unde in instanti inducitur substantia et non secundum
 gradus. Ideo dicendum est, quod substantia non suscipit magis
 nec minus, quia cum causa susceptionis magis et minus est parti-

16 Ad] secundam *add.*

4-6 Aristoteles De gen. et corr. I t. 89 (A c. 10 328a 29-31); II t. 47 (B c. 7 334b 8 sq.). Albertus M. De praedicamentis tract. II c. 10: ...una substantia miscibilis est cum altera, ut in secundo De generatione circa principium dicit Aristoteles, quod et probat. Mixta autem necessario intenduntur et remittuntur, ut ex dictis eius habetur ibidem. Substantia ergo recipere videtur magis et minus, et intensum et remissum. 8-10 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64, 186 B. Aristoteles Categ. 5 (2b 7-8). 14 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64, 196 D. Aristoteles Categ. 5 (3b 33-34). 16-18 Averroes De gen. et corr. II c. 47 (Venetiis 1483) fol. 117rb. 20-22 Aristoteles Phys. V t. 8 (E c. 1 225a 26).

cupatio alicuius formae cum permixtione potentiae, <quae> non reperitur in forma abstracta. Nam illa potentia passiva est et debetur subiecto. Et ideo et cetera.

Ad primam rationem respondeo, cum dicit, quaecumque pos-
 5 sunt admisceri et cetera, verum est secundum illud, secundum
 quod ipsa manent in mixto. Sed substantiae simplices non
 manent in mixto secundum formas substantiales. Quoniam si sic,
 mixtum non esset aliquid unum secundum essentiam. Una enim
 est forma omnium, scilicet caro. Dico igitur, quod manent secun-
 10 dum suas virtutes et formas et sic intenduntur et remittuntur.

Per hoc patet responsio ad oppositum.

Quaestio 19

Quantitatis <autem> aliud <quidem est discretum, aliud autem>
 continuum.

15 Quaeritur hic in generali primo, utrum in ipsis accidentibus
 convenit accipere genus et differentias. Et hoc est quaerere, ut-
 rum accidens sit praedicamentum.

Et arguitur primo, quod non:

In eo, quod non est compositum ex materia et forma, non
 20 est accipere genus et differentias. Accidens est huiusmodi. Ergo
 et cetera. Maior declaratur: nam genus accipitur a materia in-
 telligibili, differentia a forma. Minor declaratur: nam omne
 accidens est forma. Forma autem in quantum huiusmodi non est
 quid compositum ex materia et forma. Quare et cetera.

25 Oppositum huius patet per auctorem, qui ponit novem prae-
 dicamenta accidentis.

Ad quaestionem dicendum, quod in accidentibus convenit
 sumere genus et differentias, non tamen eodem modo sicut in
 substantia. Cuius declaratio est: nam substantia sufficit sibi in
 30 suo esse, et ideo forma substantialis adiuncta materiae facit
 unum in essentia cum materia. Et ideo est, quod in genere sub-

4 primam rationem] quaestionem. 8 Una] unam. 9 manent] manet.

8-9 Aristoteles De gen. et corr. I t. 35 (A c. 5 321b 21 sq.) Thomas In
 De gen. et corr. I c. 5 lect. 15 n. 107. 13-14 Boethius In categorias Aristotelis
 II, PL 64,201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 20). 25-26 Boethius In categorias
 Aristotelis I, PL 64,180 A. Aristoteles Categ. 4 (1b 25 sq.).

stantiae genus dicitur sumi a materia, differentia vero a forma. Accidens vero non sufficit sibi in suo esse. Nam in se non habet suum esse, sed in alio. Et ideo forma accidentalis adiuncta materiae non constituit unum in essentia. Et ideo in accidentibus
 5 genus non sumitur a materia neque differentia a forma accidentis. Sed quia modi essendi accidentium sunt novem — nam quoddam accidens habet modum essendi quantitatis, aliud qualitatis et sic
 109 va deinceps — et sic iuxta || numerum modorum essendi accidentium sunt novem genera accidentis; differentia vero non sumitur a
 10 forma accidentis, sed a principiis sui subiecti vel ab eius effectu, et ideo est, quod in definitione ipsorum accidentium sumitur subiectum pro differentia. Et sic patet, qualiter differenter sumitur genus et differentia in substantia et in accidentibus.

Similiter patet responsio ad rationem: nam ipsa concludit
 15 solummodo, quod accidentia non habent genera et differentias eodem modo sicut substantia.

Item nota, quod cum principia substantiae sint principia accidentium, quod accidentia, quae insunt aggregato per materiam, dicuntur accidentia individui ut album et nigrum, sed quae per
 20 formam ut risibile dicuntur accidentia speciei, nam per formam reponitur aliquid in specie; quaedam alia accidentia <insunt> aggregato secundum ordinem ad formas.

Quaestio 20

Quaestio est de quantitate, et primo quaeratur, utrum quan-
 25 titas continua et discreta sint diversae species quantitatis.

Et arguitur, quod non, sic:

1. Quaecumque multa secundum quod huiusmodi non habent entitatem praeter continuitatem sive magnitudinem illorum multorum, talium multitudo non differt a sua unitate. Sed multa
 30 est discreta quantitas. Continuitas autem est quantitas continua. Et cetera.

2. Item: sicut se habet unitas ad punctum, sic se habet quan-

4 constituit] constituunt. essentia] cum materia et ideo est, quod in genere substantiae genus dicitur sumi a materia, differentia vero a forma *add. et del.* 5 neque] ut. 6 quoddam] quaedam. 12 differenter] difficerent. 25 species] scpēs.

titas discreta ad quantitatem continuam. Cuius declaratio est: nam sicut se habet principium ad principium sic principiatum <ad principiatum>. Sed unitas et punctus non differunt in specie. Ergo et cetera.

5 Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum concedendo quod continuum et discretum sunt diversae <species> quantitatis et distinctae. Cuius declaratio est: nam cum ratio insidendi per se conveniat quantitati non secundum partes solum, sed secundum diversitatem
10 modi habendi partes, unde cum continuum et discretum habeant diversos modos habendi partes, propter hoc erunt diversae species. Nam continuum habet partes prout in aliquo communi tertio copulante, discretum autem non, sed quaelibet pars eius distincta est secundum numerum ab alia. Et ita patet, quod
15 modus habendi partes distinguit istas duas species.

Ad rationes respondeo et primo ad primam concedo maiorem, interimo minorem.

Ad secundum cum dicit: sicut se habet unitas ad punctum et cetera, responsio: est ut sic, est ut non. Est ut sic pro tanto quia
20 sicut principium comparatur ad numerum, sic et cetera. Est ut non pro tanto, nam ratio debet intelligi in principiis formalibus et non materialibus. Unitas vero et punctus sunt principia materialia.

Quaestio 21

25 Quaestio est, utrum prius <debeatur> quantitati ratio mensurae quam ratio mensurabilis vel e converso.

1. Et arguitur, quod ratio mensurae prius debetur ei, quia dicit Averroes: et quantitates sunt differentiae in mensurando. Ergo eis debetur primo ratio mensurae.

7 Cuius] cum. 14 distincta] distinctum. 15 distinguit] distinsit.
25-26 mensurae] mensura.

5 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 20).

28 Averroes Met. X c. 2 (Venetiis 1483) fol. 101rb: diffinitio mensurae est illud, per quod mensuratur quantitas discreta id est cognoscitur; et quantitas cognoscitur aut per unum aut per numerum, id est quod numerus cognoscitur et mensuratur per unum.

2. Item: illud, quo omnia alia mesurantur, primo modo debet
 109 vb habere rationem mensurae. Sed quantitas est huiusmodi. Ergo ||
 et cetera.

Oppositum arguitur sic: dicit Aristoteles in X. *Metaphysicae*:
 5 ipsa non est illud principium, quo cognoscitur quantitas, sed
 includit in se illud principium. Ergo quantitati primo debetur
 ratio mensurabilis, ex consequenti ratio mensurae.

Ad quaestionem dicendum, et dico duo, scilicet quod prius
 debetur quantitati ratio mensurabilis quam mensurae; secundum
 10 est, quod prius debetur quantitati ratio mensurae et ex conse-
 quenti rebus aliorum generum. Declaratio primi potest patere ex
 definitione mensurae, quae talis est: mensura est principium, quo
 cognoscitur quantitas. Sed quantitas ipsa non est ipsum princi-
 15 Ergo manifestum est, quod si<bi> primo debetur ratio mensura-
 bilis. Iterum: unumquodque mensurans ad prius debet esse in
 se notae mensurae. Sed quantitas est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad rationes respondeo dicendo, quod duae primae rationes
 non concludunt, quod quantitati prius debetur ratio mensurae
 20 quam mensurabilis, sed quod quantitati prius debetur ratio
 mensurae quam rebus aliorum generum.

Ratio ad oppositum procedit bene concludendo, quod ratio
 mensurabilis prius debetur quantitati quam ratio mensurae.

Quaestio 22

25 Quaestio est, utrum numerus sit unus.

Et arguitur, quod non:

1. Quod opponitur uni, non est unum. Numerus est huiusmodi.
 Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam numerus est
 multus, quoniam est ex multis unitatibus.

30 2. Item: quod est ex pluribus in actu, non est unum in actu.
 Sed numerus est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor
 declaratur ut prius.

Oppositum arguitur: nam omne ens est unum secundum
 speciem. Sed numerus est huiusmodi. Ergo ut prius.

Ad quaestionem dicendum, quod numerus est unus. Cuius declaratio est: nam unumquodque in tantum est unum, in quantum est ens. Nam ens et unum convertuntur.

Item: unumquodque distinctum est ab alio secundum suam
 5 speciem et cetera sicut ostendit ratio illa. Sed intellige, quod multis modis dicitur unum: uno modo unitate indivisibilitatis; et sic numerus non est unus, sed unitas. Alio modo dicitur unum secundum formam sive speciem; et sic numerus est unus. Nam quilibet numerus adveniente sibi aliqua unitate habet novam
 10 formam et speciem. Et intellige, quod numerus bene potest esse multus secundum materiam, unus tamen secundum speciem et formam.

Per hoc patet <responsio> ad rationes: cum dicitur, quod opponitur uni, non est unum, concedo, quod non est illud unum,
 15 cui opponitur. Sed cum dicitur in minori, quod numerus opponitur uni, concedendo quod opponitur ei, quod non est unum unitate indivisibilitatis, nec est illud unum formaliter et simul tamen multum materialiter.

Ad secundum, cum dicitur, quod est ex pluribus in actu et
 20 cetera, dico, quod verum est nisi ibi sit aliquod uniens ea sicut ex carne et osse non fieret aliquod unum nisi per aliquod uniens. Sed si intelligas minorem sic, scilicet quod numerus est ex pluribus
 110 ra actu, in || quibus non est aliquod uniens, interimo dicendo, quod hoc est falsum. Nam est ibi aliquod uniens, quod dat sibi formam
 25 et speciem unam, replicatio omnium unitatum supra se semel.

Quaestio 23

Quaestio est, utrum ultima unitas sit forma numeri, et hoc est dictum, utrum unitas ultimo adveniens dat sibi speciem et formam.

11 secundum] formam *add.* 14 unum¹] unus. multum] multus.

3 Aristoteles Met. X t. 8 (I c. 2 1054a 13).

25 Martianus Capella De nuptiis Philologiae et Mercurii VII 757,759.

28-29 Averroes Met. VIII c. 10 (Venetiis 1483) fol. 88vb: ...quando alicui numero additur unum, aut ab eo diminuitur unum, transfertur ad aliam naturam numeri; fol. 89ra: ..nos autem dicimus quod unum, quod significat diffinitio una,

Et arguitur, quod non.

Nam nihil unum et idem erit materia et forma respectu eiusdem. Sed quaelibet unitas in numero est materialis pars numeri. Ergo et ultima unitas erit materialis, non autem formalis.

5 Oppositum arguitur sic: illud ante cuius adventum numerus non habet formam vel speciem et post cuius adventum amplius non exspectat ulteriorem formam et speciem, dat numero formam et speciem. Ultima unitas est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem consuevit dici a quibusdam, quod ultima
10 unitas adveniens numero dat sibi formam et speciem sicut declarat ratio ultimo inducta. Nam ipso adveniente amplius non exspectat suam formam vel speciem.

Sed haec solutio satis improbatur per rationem primo inductam. Nam nihil unum et idem erit materiale et formale respectu eius-
15 dem, quia forma et materia non incidunt in aliquod idem. Sed unitas existens in numero est pars materialis numeri. Cuius declaratio est: nam materia rei est, ex qua fit res. Numerus autem fit ex unitatibus. Ergo et cetera.

Dicendum ergo aliter, quod replicatio omnium unitatum semel
20 supra se dat formam numero. Et hoc vult Aristoteles V. Metaphysicae dicens, quod sex non est bis tria, sed semel omnes unitates. Et intellige, quod si sic dicatur: sex est bis tria, haec non est vera essentialiter, sed accidentaliter. Nam ductus numeri in suum totum est accidens sive passio eius et cetera.

25 Ad rationem in oppositum dicendum, cum dicis: illud ante

4 numeri] unum. 21 omnes] omnis. 23 ductus] ducto. 25 rationem] quaestionem.

est unum per substantiam, quae est forma, scilicet per ultimam formam et ultimam differentiam. Thomas In Met. VIII c. 3 lect. 3 n. 1725: Est enim per se unum numerus, inquantum ultima unitas dat numero speciem et unitatem. Jean de Sèveville De principiis naturae (ed. R.-M. Giguère O. P., 1956, 100, 35 sq.): ... licet omnes unitates ex quibus componitur numerus sint actu in eo, tamen una sola earum, scilicet ultima, constituit esse formale et actuale, et reponit ipsum in speciem. Johannes Dacus De gradibus formarum (Corpus philosophorum danicorum medii aevi, ed. A. Otto) I, 2 p. 539, 19-20: ... et ideo sicut unitates in numero alie sunt in potentia respectu ultime, que dat numero speciem. Aristoteles Met. VIII t. 10 (H c. 3 1043b 37 — 1044a 4).

20-22 Aristoteles Met. V t. 19 (Δ c. 14 1020b 7-8). 23 Thomas In Met. V c. 14 lect. 16 n. 991: ... quando est duplex ductus, vel eiusdem numeri in seipsum, vel

cuius adventum et cetera et post cuius adventum et cetera, si li ante et li post sumantur materialiter, propositio vera est; si autem intelligas li ante et li post secundum tempus, minor interimenda est.

5

Quaestio 24

Quaestio est, utrum unitas sit quantitas. Et arguitur, quod sic.

1. Illud, quod est in genere aliquo, recipit praedicationem eiusdem generis. Unitas est in praedicamento quantitatis. Ergo et cetera.

10 2. Praeterea: illud, quod primo et per se <habet> rationem mensurae, est quantitas. Unitas est huiusmodi. Ergo et cetera.

3. Item: sicut se habet principium substantiae ad substantiam, sic principium quantitatis ad quantitatem. Sed principium substantiae, scilicet materia, est substantia. Ergo et cetera.

15 Oppositum arguitur: omnis quantitas habet partes per Aristotelem V. Metaphysicae, cum dicit, quod quantitas est, quae habet dividi in suas partes. Unitas autem non potest dividi in aliquas partes. Nam unum est indivisum in se et ab aliis divisum. Ergo non est quantitas.

20 Ad primam rationem in oppositum respondeo: cum dicit, quidquid est in genere aliquo, recipit et cetera, verum est de eo, quod est in genere ut species vel individuum vel genus. Sed unitas
110 25 nullo istorum modorum est in quantitate ||, sed sicut principium materiale in suo principiato.

25 Ad secundum, cum dicit, quod <primo et> per se habet rationem mensurae et cetera, dico, quod verum est, si sit ita, quod primo habeat rationem mensurabilis ab aliquo sui principio, et simul cum hoc habeat rationem mensurae prius quam res aliorum gene-

13 ad] quā add. 18 divisum] diversum. 21 verum] unum. 23 istorum] istarum. 27 principio] principiato.

diversorum numerorum in unum, ut cum dicitur ter tria ter, vel bis tria bis, vel bis tria quater. Boethius De institutione arithmetica II c. 5 (ed. Friedlein 90,13-15): Linearis numerus est a duobus inchoans adiecta semper unitate in unum eundemque ductum quantitatis explicata congeries.

7-8 Aristoteles Met. V t. 12 (Δ c. 6 1016b 33-34). 15-17 Aristoteles Met. V t. 18 (Δ c. 13 1020a 7).

rum, omne tale est quantitas; licet tamen habeat rationem mensurae prius quam res aliorum generum, cum non habeat prius quam rationem mensurabilis ab aliquo sui principio, non propter hoc oportet, quod sit quantitas. Unitas est huiusmodi. Non enim
 5 habet rationem mensurabilis ab aliquo, et sic patet responsio ad argumentum.

Ad tertium dicendum, quod cum dicit, sicut se habet principium substantiae et cetera, dicendum concedendo maiorem. Sed si tu intelligas substantiam, quae est genus generalissimum,
 10 praedicari de substantia, quae est materia vel forma, falsum est. Nam secundum Aristotelem substantia aequivoce praedicatur de talibus, et ideo dicendum, quod nec principium substantiae est explete in praedicamento substantiae, nec principium quantitatis in quantitate, sed utrum⟨que⟩ est in suo principiato per reduc-
 15 tionem et incomplete et ideo non recipiunt praedicationem generis.

Quaestio 25

Quaestio est, utrum oratio sit quantitas. Et arguitur, quod non.

1. Nulla qualitas est quantitas. Sed oratio est qualitas. Ergo
 20 non est quantitas. Maior patet. Nam qualitas et quantitas distinguuntur penes diversos modos essendi. Probatio minoris: nam genus et species dicunt⟨ur⟩ esse eiusdem praedicamenti. Sed vox est genus ad orationem et est qualitas. Ergo et cetera.

2. Item: quantitas est secundum quam dicitur aliquid aequale
 25 vel inaequale. Sed secundum orationem nihil dicitur aequale vel inaequale alteri. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod oratio est quantitas. Cuius declaratio est: nam omne illud, quod per se habet rationem
 30 mensurabilis ab aliquo sui principio ⟨et⟩ per se dicit rationem mensurandi alia, est quantitas. Nam de ratione quantitatis est, quod ipsa primo habeat rationem mensurabilis ab alio, ex con-

3 quam] res *add. et del.* 9 Sed] quod.

11-12 Aristoteles Met. V t. 15 (Δ c. 8 1017b 23-26).

27 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,201 D. Aristoteles Categ. 6 (4b 32-33).

sequenti vero rationem mensurantis alia. Sed oratio est huiusmodi. Cuius declaratio potest sumi ex illa littera, cum dicit: mensuratur enim syllaba brevi et longa. Ergo et cetera.

Item: quid sit quantitas distincta ab aliis secundum suam
 5 speciem, patet. Nam omne mensurabile iuxta illam naturam, secundum quam est mensurabile, determinat igitur mensuram et modum mensurandi. Oratio est quoddam mensurabile, cuius natura est partes suas habere ab invicem distinctas et discretas et nullum terminum communem copulatum et per hoc distinguitur
 10 a quantitativis continuis. Alia natura eius est esse in successione. Et hoc patet per illam litteram: dictum est et non habet amplius sumi. Et per hoc separatur a numero, cuius partes sunt in permanentia. Patet igitur et cetera.

Intellige tamen, quod quadruplex dicitur oratio, licet dicat
 15 Boethius, quod tantum triplex est oratio, scilicet oratio in mente, et illa est qualitas, oratio in scripto et tunc est substantia, oratio in prolotione, quae nihil aliud est quam vox prolata et tunc est qualitas. Nam tunc est obiectum auditus et sic est intra speciem qualitatis. Et est alia oratio, quae est ratio mensurandi vocem
 110 va prolata, habens in se rationem mensurabilis ab aliquo sui || principio. Illa est quantitas et haec oratio innuitur per illam litteram: dico autem orationem cum voce prolata.

Per hoc patet responsio ad rationes. Nam quaelibet procedit sua via.

25

Quaestio 26

Quaestio est, utrum quantitas continua sit aliquid ens unum. Et arguitur, quod non.

Illud, quod continet in se plura entia actu, quorum unum

3 brevij] brevis. et¹] vel. 7 quoddam] quaedam. 8 distinctas] distinctis. 9 nullum] nullam. copulatum] copulatas. per] *superscr.* hoc] ho. 14 quod] qua. 19 est²] or *add. et del.*

27 Et] *superscr.* 28 quorum] quarum.

3 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,201 D. Aristoteles Categ. 6 (4b 33-34). 11-12 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,207 B. Aristoteles Categ. 6 (5a 34). 15 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἔμφρασις* (ed. sec.) I c. 1 (ed. Meiser 29,17; 30,3; 36,11; 42,15). 22 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,201 D. Aristoteles Categ. 6 (4b 34-35).

28-1 (p. 189) Aristoteles Met. VII t. 49 (Z c. 13 1039a 4-6).

non est alterum, illud non est ens unum. Huius declaratio patet in acervo lapidum. Quantitas continua est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior declaratur: nam linea continet plures partes, quarum nulla est alia. Ergo et cetera.

5 Oppositum arguitur: omne ens unum et cetera. Quantitas continua est ens. Ergo est unum. Et cetera.

Ad quaestionem dico concedendo, quod quantitas continua est ens unum. Cuius declaratio est: nam per illud idem, per quod aliquid est ens formaliter, per illud idem est ens unum formaliter.

10 Et item: continuitas quantitatum continuarum est earum unitas. Sed in ipsis est continuitas. Ergo et unitas.

Concedatur ratio pro illa parte et ad rationem in oppositum respondeo: cum dicitur, illud quod continet plura et cetera, concedendo. Sed cum dicit, quod quantitas est huiusmodi, in-
15 terimo. Non enim continet plura actu, sed potentia.

Quaestio 27

Quaestio est, utrum punctus sit in linea. Et arguitur, quod non.

1. Omne quod est in linea, aut est sicut accidens aut pars aut substantia lineae. Punctus nullus illorum modorum est.

20 2. Item: punctus non sentitur in linea. Ergo non intelligitur in linea. Maior declaratur, quia nihil sentitur nisi divisibile et cetera. Minor declaratur: nam nihil est intellectum nisi quod prius fuit in sensibilibus.

Oppositum patet sic: omnis terminus <est> in suo terminato.
25 Punctus est terminus lineae. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod punctus est in linea. Cuius declaratio est: nam si non esset in linea, <linea> esset informata et sic infinita, quoniam simul cum puncto dat formam continuo.

Item nota: qui intelligit punctum, nihil intelligit nisi priva-
30 tionem continui in linea. Sed privatio non potest esse sine

19 substantia] substantiae. 26 punctus] punctur. 30 continui] continuo.

21 Aristoteles De sensu et sensato c. 7 (449a 20-21). 22-23 Aristoteles De sensu et sensato c. 6 (445b 16). 25 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 205 B. 29-30 Aristoteles De an. III t. 25 (Γ c. 6 430b 20-21).

suo subiecto, sicut nec caecitas in oculo. Igitur punctus non dicitur sine linea.

Per hoc respondeo ad quaestionem.

Ad primam rationem in oppositum respondeo concedendo
5 maiorem et interimio minorem dicendo, quod punctus est in linea sicut pars non materialis, sed formalis. Cuius declaratio est: nam si punctus non esset in linea, ipsa non haberet formam.

Ad aliam rationem: cum tu dicis, quod punctus non sentitur
in linea, ergo et cetera, interimio maiorem. Sed cum tu probas,
10 quod nihil sentitur nisi divisibile, et punctus non est huiusmodi, dico ad hoc, quod verum est, quod nihil per se sentitur nisi divisibile, sed per aliud potest sentiri indivisibile ut punctus per alineam. Sed cum dicitur in minori, quod nihil est intellectum et
cetera, dico, quod ista potest interimio dando instantiam de uni-
15 versali. Vel dico quod sic intelligitur: nihil est in intellectu, quod non elicitur ex sensibilibus.

Quaestio 28

110 vb || Quaestio est, utrum punctus potest segregari a linea. Et arguitur, quod sic.

20 1. Sicut se habet unitas ad numerum, et cetera. Sed unitas potest separari a numero. Ergo et punctus a linea.

2. Item: illud, quod non est accidens nec pars nec dicit substantiam rei, potest bene separari ab ipsa. Sed punctus est huiusmodi respectu lineae. Ergo et cetera.

25 Oppositum arguitur sic: privatio non potest separari a subiecto, cuius est privatio. Sed punctus est privatio continui in linea. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum, quod punctus non potest segregari a linea. Cuius declaratio est, quia principium formale non
30 potest separari a suo principiatio. Punctus est huiusmodi respectu lineae.

Item: quia punctus dicit privationem continui in linea, sicut

5 dicendo] dicendum. 11 per] semper. 12 sentiri] sentire 15 intellectu] intellectum.

26 privatio²] privatie.

14 Cf. p. 122, 18-27.

obiectum est, et privatio non potest separari a subiecto sicut nec caecitas ab oculo.

Ad primam rationem in contrarium respondeo: cum dicit, sicut se habet unitas et cetera, dico quod est ut sic et est ut non.
 5 Est ut sic: nam sicut unitas est principium numeri, sic punctus lineae. Est ut non: nam ipsa non sunt principia in eodem genere principii. Nam unitas est principium materiale numeri et punctus principium formale lineae.

Ad secundam rationem dicendum: cum <dicit quod> punctus
 10 non est sicut pars, interimo. Nam est pars formalis lineae.

Quaestio 29

Quaestio est, utrum linea sit composita ex punctis. Et arguitur, quod sic.

1. Nam sicut se habet unitas et cetera, sic se habet punctus
 15 ad lineam. Sed numerus componitur ex unitatibus. Ergo et cetera.

2. Item: ex illis componitur linea, in quae resolvitur. Sed linea resolvitur in puncta. Ergo componitur et cetera. Maior patet. Minor probatur: cum linea sic sit quantitas continua et omne continuum est resolubile <in> infinitum, quaero igitur, an linea
 20 resolvitur in infinita puncta aut in infinitas lineas. Si primo modo, habeo propositum; si secundo modo, tunc erit processus infinitus in lineis nec erit aliqua linea finita, quod est inconueniens.

Oppositum huius arguitur sic: nam illa, ex quibus componitur linea, sic se habent: additum reliquo ipsum facit magis.
 25 Sed punctus puncto additus secundum Philosophum nihil auget. Ergo et cetera.

Ad quaestionem respondeo et dico, quod linea non componitur ex punctis, sicut concludit ratio ultimo dicta. Quoniam si sic, sequeretur, quod linea non esset quantitas. Nam ex non

6 non²] habent *add. et del.* 10 interimo] interemo.

19 infinitum] natura finitum. an] a *add. et del.* 24 additum] *corr. ex* additum. 25 puncto] pro necessario. 28 ultimo] nec.

1-2 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 269 A. Aristoteles Categ. 10 (12a 26-27).

25 Aristoteles Met. III t. 16 (B c. 4 1001b 11-13). De gen. et corr. I t. 8 (A c. 2 316a 33).

quantis non fit quantum, et puncta sunt non quanta. Linea vero est quanta. Per hoc patet responsio ad quaestionem.

Ad primam rationem in contrarium respondeo: cum dicit sicut se habet unitas et cetera, respondeo: est ut sic, sicut dictum
5 est. Et est ut non, quoniam unitas, cum sit principium materiale numeri, erit principium ex quo. Punctus vero, cum sit principium formale lineae, non oportet, quod sit principium, ex quo componitur linea.

Ad secundam rationem dicendum, quod linea non resolvitur
10 in puncta. Quare non componitur ex punctis, sicut dictum est, sed ex lineis et ideo resolvitur in lineas. Sed cum tu quaeris, an in infinita puncta aut in infinitas lineas, dico quod in infinitas lineas. Sed quando concludis: erit processus in infinitum, dico
111 ra quod non oportet, cum illae || lineae non sunt infinitae actu, sed
15 potentia.

Quaestio 30

Quaestio est, utrum linea sit quantitas. Et arguitur, quod non.

Principium quantitatis non est quantitas. Linea est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam eius
20 principiatum <est> superficies.

Oppositum patet per auctorem.

Ad quaestionem dico, quod linea est quantitas. Cuius declaratio est: nam omne, quod habet partes et rationem mensurabilis ab aliquo sui principio prius noto, est quantitas. Linea est
25 huiusmodi. Nam ipsa habet partes et est ratio mensurandi secundum longum et sic est quantitas.

Ad rationem in oppositum respondeo: cum dicitur, quod principium quantitatis non est quantitas, dico ad hoc dupliciter: uno modo, quod hoc debet intelligi de principio quantitatis simpliciter, vel aliter dicendo, quod verum est, quod principium
30 quantitatis non est illa quantitas, cuius est principium; est tamen

2 quanta] quantus. 11 lineas] lineis.

18 quantitatis] quantitas. non] nēc. 20 principiatum] principium. superficies] superfcium.

21 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 23). 23-26 Aristoteles Met. V t. 18 (Δ c. 13 1020a 10 sq.).

alia. Sed quando dicitur in minori, quod linea est principium quantitatis, dico, quod verum est, non tamen quantitatis simpliciter, sed alicuius.

Quaestio 31

5 Quaestio est, utrum superficies sit quantitas. Et nota, quod rationes pro utraque parte, quae nunc dictae sunt, hic applicantur, et est idem modus solvendi per omnia, et ideo praetermitto. Et intellige, quod superficies est ratio mensurandi per longum et latum.

Quaestio 32

10

Quaestio est, utrum corpus sit quantitas. Et arguitur, quod non.

Substantia non est quantitas. Corpus est huiusmodi. Ergo et cetera.

15 *Oppositum patet per auctorem in littera.*

Ad quaestionem respondeo dicendo, quod corpus uno modo accipitur pro substantia istarum trium dimensionum, scilicet longitudinis et latitudinis et profunditatis, et sic est substantia. Et sic adhuc dupliciter potest considerari: aut prout <dicit> quandam naturam indeterminatam ad hoc corpus vel ad illud, et sic est genus. Aut prout dicit quandam naturam determinatam in hoc vel in illo. Et sic est pars materialis in compositione animalis.

20 Alio modo potest considerari corpus prout denominat istam trinam dimensionem, et sic est quantitas.

25 Per hoc patet responsio ad rationes. Nam quaelibet procedit sua via.

Et nota, quod corpus quantitas est ratio mensurandi secundum longum, latum et profundum.

5 superficies] superficiens. 8 superficies] superficiens.

23 denominat] denominant.

15 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 24).

Quaestio 33

Quaestio est, utrum locus sit quantitas. Et arguitur, quod non.

1. Passio vel dispositio non est quantitas. Sed locus est passio vel dispositio. Ergo et cetera. Maior declaratur: nam passio vel
 5 dispositio est qualitas, non ergo quantitas. Minor declaratur: nam dicit Averroes, quod locus passio est corporis et locus est dispositio corporis contenti. Et sic patet ratio.

2. Item: quantitati nihil est contrarium. Sed loco inest contrarietas. Ergo et cetera. Maior patet in littera. Minor declaratur:
 111 rb nam sursum et deorsum sunt differentiae loci et sunt contraria. ||
 Oppositum patet per auctorem.

Ad quaestionem dicendum, quod <locus> dupliciter accipitur: uno modo in quantum nominat naturam sive dimensionem quantitativam, secundum quam corpus continens continet suum
 15 contentum. Et sic locus est quantitas. Alio modo locus nominat quandam virtutem qualitativam inditam corpori continenti et variatur in corporibus continentibus secundum diversa contenti et secundum maiorem et minorem distantiam ab orbe, scilicet ignem ipsum calefaciendo. Unde illa natura indita igni ab orbe
 20 vel caelo dicitur locus et secundum hanc naturam ignis agit in aerem et aer in aquam et aqua in terram, et hinc est, quod ea, quae sunt in minori <distantia> ab orbe dicuntur corpora leviora ut aer et ignis, ea vero quae sunt sub maiori dicuntur graviora ut aqua et terra. Et hoc est, quod solet dici, quod homines, qui
 25 sunt eiusdem regionis eo quod sunt in aequali distantia ab orbe sunt eiusdem moris et loci et naturae ut in pluribus. Et ideo locus est principium generationis sicut vult Porphyrius, et sic est qualitas et hoc modo sursum et deorsum sunt differentiae loci, de quo dicit Averroes, quod locus est mirabilis <potentia> naturae, qua

6 corporis] loci. 19 calefaciendo] qualifaciendo. 26 eiusdem] e *add. et del.* naturae] naturam.

6 locum non inveni. 8 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,210 B. Aristoteles Categ. 6 (5b 11). 10 Aristoteles Phys. IV t. 4 (Δ c. 1 208b 12-14).
 11 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 24).
 19 Aristoteles De caelo et mundo II t. 42 (B c. 7 289a 19-21). 27 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) II c. 3 CSEL XXXXVIII 174,4-5; 9-10.
 29-1 (p. 195) Averroes Phys. IV c. 7 (Venetiis 1483) fol. 48 ra: <locus>, ut antiqui dicebant, mirabilem habet potentiam. Aristoteles Phys. IV t. 4 (Δ c. 1 208b 11-12).

iungitur unumquodque ad regionem sibi non prohibitam. Per hoc patet responsio ad quaestionem.

Ad rationes respondeo dicendo, quod utraque intelligenda est de loco secundo modo dicto et patet.

5

Quaestio 34

Quaestio est, utrum locus et superficies differunt in specie. Et arguitur, quod non.

Illa quorum unum essentialiter praedicatur de altero, non differunt in specie. Sed locus et superficies sunt huiusmodi. Ergo 10 et cetera. Maior patet. Minor declaratur, quia dicit Averroes, quod locus est ultimum corporis continentis immobile. Sed superficies nihil aliud est quam ultimum corporis et cetera. Superficies est locus. Et sic patet minor.

Oppositum patet per auctorem, qui distinguit locum a superfic- 15 ficie.

Item: arguitur per rationem ad oppositum. Nam plus differt locus a superficie quam unus locus ab alio vel una superficies ab alia. Sed indubitanter unus locus distinguitur ab alio loco. Ergo multo fortius locus et superficies distinguuntur.

20 Ad quaestionem dicendum, quod locus et superficies dupliciter possunt accipi: aut secundum esse, et sic sunt idem essentialiter nec distinguuntur unum ab alio et sic unum praedicatur de altero. Et tunc conceditur ratio pro illa parte. Huius declaratio est: nam Aristoteles definit locum in IV. Physicorum sic: Locus 25 est ultimum corporis continentis immobile. Sed illud ultimum nihil aliud est essentialiter quam superficies corporis continentis. Planum est igitur, quod non differunt in esse.

Alio modo possunt considerari quantum ad rationem mensurandi, et sic differunt. Nam ultimum corporis continentis du- 30 plicem potest habere relationem: unam ad corpus in se conten-

1 iungitur] ungit.

6 et] in. 11 superficies] corr. ex superficiens. 24 Physicorum] Porphyriorum. 30 relationem] responsum. unam] unum.

10-11 Aristoteles Phys. IV t. 41 (Δ c. 4 212a 20-21). 14-15 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 24-25). 24-25 cf. 10-11.

tum, et sic nuncupatur locus respectu corporis contenti; aliam ad ipsum corpus continens, cuius ipsum est ultimum. Et sic
 111 va dicitur superficies corporis continentis. Et sic a diversa ratione ||
 mensurandi locus et superficies sortiuntur diversas species quan-
 5 titatis.

Per hoc patet responsio ad quaestionem <et> per consequens ad rationes.

Quaestio 35

Quaestio est, utrum partes corporis et loci copulantur ad eun-
 10 dem terminum communem sicut dicitur in littera. Et arguitur, quod non.

Ea quae non sunt continua, non copulantur ad eundem terminum. Locus et corpus sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Nam partes quantitatis discretas, cum sint contiguae,
 15 ideo non habent terminum communem et cetera. Minor declaratur: nam locus est corpus continens. Corpus autem est contentum, et ita non sunt continua, quia eorum terminus non est unus. Sunt tamen contigua, quia eorum termini sunt simul.

Oppositum huius patet per auctorem.

20 Ad quaestionem dicendum, quod partes loci et corporis continentis eo quod ista sunt continua, copulantur ad eundem terminum in numero. Partes autem loci <et> corporis contenti non copulantur ad eundem terminum in numero. Et hoc est, quia non sunt continua, sed contigua. Et sunt continua secun-
 25 dum Aristotelem, quorum terminus est unus et idem. Contigua vero, quorum termini non sunt idem, sed simul.

Per hoc patet responsio ad quaestionem et per consequens ad rationes.

1 corporis] cordis.

14 contiguae] continuae. 25 idem] eidem.

9-10 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,205 B. Aristoteles Categ. 6 (5a 9-10). 16 Aristoteles Phys. IV t. 35 (Δ c. 4 211b 12-14). 24-25 Aristoteles Phys. V t. 26 (E c. 3 227a 10-12). 25-26 Aristoteles Phys. IV t. 35 (Δ c. 4 211b 11-12). Thomas In Phys. IV lect. 6 n. 458. Aristoteles Phys. V t. 22 (E c. 3 226b 23). Averroes Phys. V c. 22 (Venetiis 1483) fol. 84va lin. 9-10.

Quaestio 36

Quaestio est, utrum tempus sit quantitas. Et arguitur, quod non, sic:

Motus non est quantitas. Ergo tempus non est quantitas.
 5 Maiorem suppono ex littera Aristotelis in hoc capitulo. Probatio consequentiae: nam quantitas est illud, quod partes habet per se. Ergo quod prius habet partes, prius est quantitas. Sed motus prius habet partes. Nam prius et posterius in tempore causantur ex priori et posteriori in motu. Ergo motus est prius quantitas.
 10 Hoc autem est falsum, sicut iam suppositum est. Ergo nec tempus.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dico, quod tempus est quantitas distincta secundum speciem ab aliis et cetera. Cuius declaratio est: nam
 15 habet rationem mensurabilis ab aliquo sui principio prius noto et rationem similiter mensurandi alicuius, cuius esse est in continuitate et successione. Haec autem ratio mensurandi sibi soli convenit et non alii. Ergo est quantitas distincta secundum speciem. Et hoc patet ad quaestionem.

20 Ad rationem in oppositum respondeo: cum dicis, motus non est quantitas, ergo et cetera, respondeo per interemptionem consequentiae et tunc ad probationem consequentiae respondeo dicendo, quod motus per se non habet partes, sed aliunde, et hoc a duobus, scilicet a mobili et a termino motus. Nam duplex est
 25 divisio motus per Aristotelem.

Quaestio 37

Quaestio est, utrum quantitati sit aliquid contrarium. Et arguitur, quod sic.

8 posterius] est prius quantitatis *add. et del.* 13 quod] quam. 17 soli] convenit *add. et del.*

4 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,209 A. Aristoteles Categ. 6 (5b 3-4). 8-9 Aristoteles Phys. IV t. 100 (Δ c. 11 219a 23-25). 12 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,201 C. Aristoteles Categ. 6 (4b 24). 24-25 Aristoteles Phys. VI t. 33 (Z c. 4 234b 21-23): Motus est divisibilis dupliciter: uno quidem modo tempore; alio vero secundum partium illius quod movetur motus.

1. Cuicumque inest motus, et contrarietas. Nam omnis motus est a contrario in contrarium. Sed quantitati inest motus, scilicet augmentum et diminutio. Ergo et cetera.

2. Item: ubicumque invenitur completum et incompletum, est 5 contrarietas. Sed in quantitate inveniuntur huiusmodi. Ergo et cetera.

3. Item: hic potest applicari argumentum de loco sursum et deorsum.

111 vb Ad || quaestionem dico, quod quantitas accipitur dupliciter: 10 uno modo ratione suae essentiae quantitativae secundum quam considerat eam mathematicus, et sic nihil est ei contrarium per se. Alio modo consideratur in quantum est terminus corporis naturalis et ei sunt coniunctae aliquae passiones naturales. Et sic aliquid contrariatur ei per accidens, et non per se.

15 Per hoc patet responsio ad rationes. Nam cum dicitur in prima: cuicumque inest motus et cetera, dico, quod verum est per se, sed quantitati non inest motus per se, id est per suam essentiam, sed per accidens, scilicet in quantum est terminus corporis naturalis.

20 Per hoc solvitur secundum argumentum.
Tertium solutum est prius.

Quaestio 38

Quaestio est, utrum quantitas suscipit magis et minus. Et arguitur, quod sic.

25 1. Ubicumque invenitur contrarietas, et invenitur <magis> et minus. Sed in quantitate et cetera. Ergo et cetera. Maior patet: nam magis et minus causantur a contrarietate. Nam aliquid dicitur magis suscipere per maiorem recessum a suo contrario sicut albus dicitur, quod nigro invertibilis est, et aliquid dicitur 30 recipere minus per minorem recessum a suo contrario.

20 argumentum. Tertium] tertium argumentum.

23 magis et minus] *corr. ex* minus et magis. 28 recessum] recenssum. 30 minorem] maiorem.

1-2 Aristoteles Phys. V t. 9 (E c. 1 225b 1-3). 7 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64, 212D. Aristoteles Categ. 6 (6a 11-15). 21 cf. p. 195,3-4.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dico, quod quantitas secundum <suam> essentiam non suscipit et cetera, quia non intenditur nec remittitur essentialiter. Nam unum bicubitum non est magis nec minus
 5 bicubitum quam aliud. Suscipit tamen maioritatem et minoritatem secundum extensionem quantitatis. Nam trinarium dicitur maior quantitas quam binarium, sed non magis quantitas.

Per hoc patet responsio ad quaestionem et similiter ad rationes.

Quaestio 39

10 Ad aliquid <vero talia> dicuntur et cetera.

Quaestio est, utrum relatio sit substantia vel accidens. Et arguitur, quod non accidens, sed substantia.

1. Nam illud non est accidens, quod invenitur in aliquo, in quo nullum est accidens. Sed relatio est huiusmodi. Ergo et
 15 cetera. Maior patet. Probatio minoris: in deo enim est relatio, sed in eo nullum est accidens. Primum declaratur sic: nam in quocumque invenitur potentia activa, invenitur relatio, cum ipsa dicatur respective ad potentiam passivam. Sed in deo invenitur potentia activa. Ergo relatio. Sic patet primum. Secundum
 20 declaratur, scilicet quod in eo nullum est accidens. Nam quidquid est in deo, est idem deo per essentiam. Sed deus per essentiam est substantia. Ergo et cetera.

2. Item: idem non accidit sibi ipsi. Sed quaedam relatio est eadem subiecto, cuius est relatio sicut identitas. Ergo non est
 25 accidens.

Oppositum patet per auctorem in littera, qui ponit unum praedicamentum substantiae et novem accidentis, de quorum numero est relatio.

Ad quaestionem dico dicendo, quod relatio est accidens et

6 Nam] non.

15 maior] maio.

1 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,215C. Aristoteles Categ. 6 (6a 19-20). 4-5 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,215 C. Aristoteles Categ. 6 (6a 20-21).

10 Boethius In categorias Aristotelis II, PL 64,216 D. Aristoteles Categ. 7 (6a 36). 26-28 Boethius In Isagogen Porphyrii commenta (ed. sec.) I c. 4 CSEL XXXXVIII 143,21-24. Aristoteles Categ. 4 (1b 25-27).

non substantia. Utrumque declaro et primo primum. Nam omne illud, quod advenit rei post eius esse completum, est accidens. Relatio est huiusmodi. Ergo et cetera.

Item: est accidens distinctum ab aliis. Nam relatio de suo modo significandi ponit quandam habitudinem in subiecto, cuius
112 ra est, scilicet || respectivam ad aliud, hoc est ad terminum sui respectus, quod non est verum de aliquo aliorum accidentium.

Item: non est substantia. Constat: nam omnis substantia (est) aut materia aut forma aut composita substantia. Materia est illa,
10 ex qua fit res, substantia; forma, quae dat esse actuale et substantiale rei; substantia composita est ens actu compositum ex materia et forma. Sed relatio nihil horum est. Ergo et cetera.

Ad rationem primam respondeo concedendo maiorem. Sed cum dicitur in minori, quod relatio invenitur in eo, in quo nullum
15 est accidens, dico, quod si tu intelligis de relatione, quae est unum novem praedicamentorum accidentis, minor falsa est. Nam in ipso nullum est accidens ut prius dictum est. Et tunc ad probationem huius respondeo, cum dicitur, in quocumque invenitur potentia activa, invenitur relatio, dico quod duplex est potentia
20 activa. Nam quaedam est potentia activa, cuius operatio non est propter substantiam agentis et est ab ea diversa. Et talis potentia dicitur respective ad potentiam passivam et in quocumque invenitur haec potentia, invenitur relatio, quae est accidens et ponit aliquid in praedicamento accidentis, sicut patet in potentia
25 activa ignis et de ista procedit ratio.

Alia est potentia activa, cuius operatio est eadem per essentiam cum substantia agentis et propter substantiam agentis, nec dicitur respective ad aliquam potentiam passivam extra et talis potentia est in deo. Nec oportet, quod in eo, in quo est illa potentia
30 activa, sit relatio, quae est accidens.

Ad secundam rationem respondeo concedendo maiorem. Sed cum dicitur in minori, quod quaedam relatio est eadem et cetera, dicendum, quod est eadem quantum ad esse cum subiecto, in quo est sicut et omne aliud accidens. Nam sicut albedo Socratis
35 est eadem sibi quantum ad esse et diversa quantum ad essentiam, similiter relatio, quae est identitas, et cetera.

6 respectivam] respectiva. 10 actuale] auctuale.

17 Cf. p. 199,19 sq.

Quaestio 40

Quaestio est, utrum relatio sit unum genus generalissimum. Et arguitur, quod non.

1. Quia illud, quod est hic genus generalissimum, aut est relatio aut relativum. Sed sive sic sive sic, semper erunt duo. Ergo et cetera. Probatio minoris: si relativum est et cetera. Et omne relativum dicitur per respectum ad suum correlativum, quare pari ratione suum correlativum erit et sic erunt duo. Huius probatio est: nam relativa posita se ponunt et perempta se perimunt.

2. Item: si relatio et cetera. Adhuc erunt duo genera generalissima per eandem rationem. Nam quaelibet relatio respectum habet ad suam correlationem sicut relativum ad correlativum, et patet.

15 Oppositum arguitur: nam si essent duo genera generalissima in praedicamento relationis, sic essent undecim praedicamenta, quod est contra Boethium dicentem, quod infinitam multitudinem rerum comprehendebat Aristoteles in paucitate decem generum.

Quaestio 41

20
112 rb || Quaestio est, utrum relatio <ut> paternitas sit forma respectiva. Et arguitur, quod non.

1. Nam omne respectivum est relativum. Sed relatio non est relativa. Probatio minoris: nam sicut se habet albedo ad album, sic relatio ad relativum. Sed haec est falsa: albedo est alba. Ergo et haec: relatio est relativa.

2. Item: forma in abstractione non videtur esse respectiva. Nam omne respectivum significat per modum dependentiae ad

10 perimunt] peremunt. 13 correlativum] correlationem co *superscr.*

21 paternitas] *corr. ex* paternitas.

9-10 Petrus Hispanus *Summulae logicae tract. III 3. 21* (ed. Bocheński [30]). Johannes Dacus *Summa Gramatica* (Corpus philosophorum danicorum medii aevi, ed. A. Otto) I, 2 p. 442,35-443,1. Boethius *In categorias Aristotelis* II, PL 64,228 B. Aristoteles *Categ. 7* (7b 15-22). 17 Boethius *In Isagogen Porphyrii commenta* (ed. sec.) I c. 4 CSEL XXXXVIII 143,17-20. 19 *Responsio et solutio rationis in contrarium in sequenti quaestione afferuntur* (p. 202,6-32).

terminum sui respectus. Sed forma in abstractione absolvitur ab omni dependentia et inhaerentia. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: nam illud, cuius intellectus dependet ab intellectu termini, ad quem dicitur, relativum et respectivum
5 <est>. Sed relatio est huiusmodi. Quare erit forma respectiva.

Ad primam istarum dicendum, quod relatio est unum genus generalissimum. Cuius declaratio est: nam si duo genera generalissima essent in hoc praedicamento, sic essent undecim in universo, quod est contra Aristotelem.

10 Hoc idem declaratur sic: nam quaecumque habent unam rationem communem essentialiter praedicabilem de ipsis, qua non invenitur aliqua alia communior, habent unum genus generalissimum. Ea, quae sunt in praedicamento, sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam habitudo entis ad
15 ens, hoc est ipsius respectus ad suum terminum, est forma communis praedicabilis de omnibus, quae in hoc praedicamento continentur.

Per hoc patet responsio ad quaestionem.

Ad primam rationem in contrarium respondeo, cum arguitur:
20 tur: aut relatio aut relativum, dicendum, quod licet relatio et relativum dicant idem secundum rem et non differant nisi secundum concretum et abstractum, tamen relatio est huiusmodi genus generalissimum et non relativum. Et tunc respondeo ad argumentum in contrarium: cum dicitur, quod relatio non potest absolvi
25 a sua correlatione et sic erunt duo, dicendum, quod licet relatio habeat correlationem, tamen correlatio non potest esse genus generalissimum sicut potest relatio. Cuius declaratio est: nam illud, quod est genus generalissimum in hoc praedicamento, oportet quod dicat rationem respectus ad terminum et non rationem
30 termini <respectus>. Sed hoc nomen relatio est huiusmodi. Dicit enim rationem respectus ad terminum. Sed hoc nomen correlatio dicit rationem termini respectus. Et ideo et cetera.

Ad aliam quaestionem, cum quaeritur, utrum relatio ut

29 non] ad *add.*

6 *Haec responsio et solutio rationis in contrarium referuntur ad quaestionem praecedentem.* 9 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,180 A. Aristoteles Categ. 4 (1b 25-27). 33 *Hic incipit responsio ad quaestionem 41.*

paternitas est forma respectiva, dicendum quod sic. Cuius declaratio satis patet per rationem inductam pro illa parte. Sed intellige, quod aliquid dicitur respectivum dupliciter: uno modo, quia de suo modo intelligendi respicit suum subiectum, et sic omne nomen concretum est respectivum. Alio modo eo quod semper respicit terminum sui respectus. Et sic omne relativum dicitur respectivum et sic relatio dicitur forma respectiva.

Ad rationem in contrarium respondeo: cum dicitur omne respectivum est relativum concedo, quod est relativum respectu subiecti vel respectu termini. Sed cum dicis in minori, quod relatio non est relativa, dicendum quod verum est respectu subiecti. Nam est absoluta a subiecto, est tamen relativa respectu termini.

Ad secundam rationem dicendum, cum dicit, quod forma in abstractione et cetera, dico, quod aliquid dicitur abstractum dupliciter: uno modo dicitur abstractum a suo subiecto; alio modo dicitur abstractum a termino. Unde concedo, quod quid-
 112 va quid est abstractum utroque istorum modorum non est || forma respectiva sicut patet in albedine. Nam albedo abstrahitur a subiecto et a termino respectus. Unde cum dicitur, quod relatio
 20 est forma abstracta, dico quod verum est a subiecto, non tamen est abstracta a termino sui respectus.

Per hoc patet responsio ad rationes.

Quaestio 42

Quaestio est, utrum relatio est res naturae vel rationis. Et
 25 arguitur, quod sit res naturae.

Effectus rei naturae est res naturae. Sed relatio quaedam ad minus est effectus rei naturae, sicut paternitas et filiatio. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur sic: illud, quo refertur genus ad speciem, non est res naturae, sed illud est relatio. Ergo quaedam
 30 relatio non est res naturae.

Ad quaestionem dicendum, quod consuevit dici quod relatio, quae est hic genus generalissimum, esset aliquod commune ad rem naturae et rationis. Sed hoc non potest esse. Nam omne

13 secundam] secundum. 17 modorum] quod *add. et del.*

30 illud] *ideo.*

genus generalissimum univoce praedicatur de his, quorum est genus. Sed nihil unum potest praedicari univoce de re naturae <et> rationis. Ergo et cetera.

Dicendum ergo, quod relatio, quae est hic genus generalis-
 5 simum, est res naturae sumendo rem naturae extensive pro omni re, ad cuius esse non sufficit sola ratio. Iuxta quod intellige, quod quaedam res sit a ratione et non transit in naturam extra et ad esse illius sufficit sola ratio, cuius est ipsum, et tali modo con-
 siderando rem rationis, relatio, quae est in hoc praedicamento,
 10 non est res rationis. Alio modo dicitur res rationis ad cuius esse non sufficit sola ratio, sed ad eius esse iuvat natura, et talis res licet fiat a ratione, cum tamen ad eius esse non sufficiat sola ratio, dicitur res naturae et non rationis, et hoc extendendo rem naturae, <relatio est res naturae> sicut dictum est.

Unde sciendum, quod relatio, quae ponit aliquid in hoc praedi-
 camento sicut in quolibet alio, debet esse ens per se et non ens
 per accidens. Sed illa relatio, quae causatur a ratione tantum,
 non est ens per se, sed per accidens et ex opposito distinguitur
 contra ens per se, sicut vult Aristoteles V. Metaphysicae, qui
 20 divisit decem praedicamenta in ens per se et in ens diminu-
 tum, quod est ens per accidens, et ideo relatio, quae est huius-
 modi praedicamentum, non est res rationis tantum, sed naturae,
 et hoc sicut dictum est. Unde relatio, qua refertur pater ad filium
 et e converso, est res naturae duplici de causa: tum quia est
 25 effectus rei naturae, tum quia ad eius esse requiritur res naturae.

Ad rationem in oppositum respondeo: cum dicitur, illud quo
 refertur genus ad speciem et cetera, concedo. Sed cum dicitur in
 minori, quod illud est relatio, concedo quod est relatio causata
 a ratione tantum, non ponens aliquid in hoc praedicamento,
 30 quia non est ens per se, sed diminutum. Nam illud, quod <non>
 est ens per se solum, sed intellectum et non aliter, est ens diminu-
 tum.

7 naturam] natura. 13 extendendo] contendendo. 18 distinguitur] di-
 stat ū. 21 ideo] et *add. et del.* relatio, quae est] *corr. ex* quae est relatio.
 27 genus] quo *add.*

Quaestio 43

Quaestio est, utrum relatio et res, supra quam fundatur, differant secundum speciem et essentiam. Et arguitur, quod non.

Nam absolutum et relativum non differunt secundum essentiam. Sed relatio et res, super qua fundatur, differunt sicut absolutum et relativum. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: effectus causae efficientis et sua causa differunt in specie. Cuius declaratio est: nam cum homo || respiciat ad generandum hominem, dicitur quod homo et sol generant hominem. Sed constat quod res generata et sol differunt secundum speciem. Et sic patet maior. Sed relatio est effectus et cetera. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod relatio differt secundum speciem et essentiam ab ipsa re, cuius est. Cuius declaratio est: nam effectus causae efficientis, sicut dictum est, differt a causa, nec reducitur in suam causam sufficienter, nisi prius differat essentialiter ab ea. Sed relatio est effectus ipsarum rerum. Cuius declaratio est: nam posito, quod Plato sit albus et similiter <Socrates>, albedo existens in Socrate causat effective similitudinem eius ad Platonem, et sic patet, quod res est causa effectiva relationis. Ergo et cetera.

Ad rationem in contrarium respondeo concedendo maiorem. Sed cum dicitur in minori, quod relatio et res differunt sicut absolutum et respectivum, interimo dicendo, quod differunt aliter, scilicet sicut absolutum et relatio.

Quaestio 44

Quaestio est, utrum relatio requirit aliquid extra suum subiectum. Et arguitur, quod non.

1. Nam accidens, quod requirit aliquid extra suum subiectum, videtur esse accidens ab extrinseco adveniens subiecto. Sed relatio non est huiusmodi. Cuius probatio est: nam de accidentibus, quae ab extrinseco adveniunt subiecto, sufficienter determinatur. Ergo et cetera.

10 res] re. 19 causat] corr. ex fit. 22 concedendo] cedendo.

9-10 Aristoteles Phys. II t. 26 (B c. 2 194b 13).

2. Item: illud, cuius entitati sufficit suum subiectum, non requirit aliquid extra suum subiectum. Sed relatio est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam relatio est accidens. Entitati accidentis sufficit esse sui subiecti. Nam acci-
5 dentis esse est inesse. Et cetera.

Oppositum arguitur: terminus respectus est extra subiectum ipsius respectus. Sed quaelibet relatio exigit terminum sui respectus. Ergo quaelibet relatio exigit aliquid extra suum subiec-
tum.

10 Ad quaestionem respondeo, quod omnis relatio fundata supra accidentia requirit aliquid extra suum subiectum, hoc est terminum sui respectus. Relatio vero fundata supra unitatem substantiae sicut identitas, licet non quaerat aliquid extra suum subiectum secundum rem, requirit tamen secundum rationem.
15 Nam identitas est alicuius ad aliud et sic duorum ad minus secundum rationem, tamen realiter idem est subiectum. Est subiectum respectus et eius terminus. Haec ad quaestionem.

Ad rationes in contrarium respondeo et primo ad maiorem primae sic: quod requirere aliquid extra subiectum contingit
20 dupliciter, aut aliquid in ratione causae efficientis, et sic requirunt formae, quae ab extrinseco adveniunt subiecto, aliquid extra subiectum suum; aut aliquid in ratione termini, et sic requirit relatio aliquid extra suum subiectum. Per hoc patet et cetera.

25 Ad secundum dicendum concedo maiorem. Sed cum dicit in minori, quod relatio est huiusmodi, interimo. Nam accidenti, quod est in subiecto secundum habitudinem ad aliud, non sufficit suum subiectum. Cuius declaratio est: nam similitudo Socra-
113 ra tis moventis sub albedine ad || Platonem, licet sit accidens Socra-
30 tis, tamen non solum sufficit ei subiectum, in quo est, cum sit accidens respectivum, nisi habeat aliquid in ratione termini ut Platonem. Et nota, quod quaecumque alicui acquiritur relatio aliqua, necesse est aliquam transmutationem praecedentem illam <feri>, sed non oportet, quod illa transmutatio semper
35 fiat in subiecto relationis, sed in termino.

8 suum subiectum] *superscr.* 19 aliquid] *quam add. et del.*

Quaestio 45

Quaestio est de relatione aequiparantiae, cuiusmodi est similitudo existens inter duo extrema, utrum sit una numero. Et arguitur, quod sic.

5 1. Nam sicut se habet motus ad movens et mobile, sic se habet similitudo et cetera. Sed motus est unus numero. Ergo et cetera.

2. Item: sicut se habet via ab Athenis ad Thebas et e converso, sic se habet similitudo et cetera. Sed una numero est via. Ergo et cetera.

10 Oppositum arguitur sic: unum accidens numero non potest esse in duobus subiectis numero distinctis. Sed extrema relationis aequiparantiae sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum, quod similitudo sive relatio aequiparantiae, quae est inter duo extrema, non est una numero.

15 Cuius declaratio satis patet per rationem inductam. Nam similitudo Socratis ad Platonem est in Socrate ut in subiecto, et in Platone ut in termino et e converso, et quia subiecta sunt numero distincta, ideo et cetera. Nam accidens capit numerum a numerositate subiecti.

20 Ad rationes in oppositum respondeo et primo ad primam interimendo maiorem sic: nam motus, qui est inter movens et mobile, se habet ad movens ut ad principium agens et ad mobile ut ad subiectum suscipiens, et sic motus non habet utrumque in ratione subiecti et sustentantis. Relatio tamen aequiparantiae
25 se habet ad unum extremum in ratione subiecti et ad aliud in ratione termini et e converso. Et sic potest habere utrumque in ratione subiecti et suscipientis, quod non est verum de motu.

Ad secundum dicendum, quod non est verum de via media
30 et de relatione. Nam relatio est existens inter duo extrema, causatur ex suis extremis et se habet ad utrumque vicissim ut ad subiectum, <quod> non est verum de via media.

12 aequiparantiae] aequiparantur. 21 nam] non. 22 agens et] et agens.

6 Aristoteles Phys. V t. 34 (E c. 4 227b 20-24). 7 Aristoteles Phys. III t. 21 (Γ c. 3 202b 13-14).

Quaestio 46

Quaestio est, utrum duae relationes superpositionis et suppositionis, cuiusmodi sunt paternitas et filiatio, differunt in specie. Et arguitur, quod non.

5 Nam duae relationes aequiparantiae ut similitudo Socratis ad Platonem et e converso non differunt in specie. Ergo nec istae.

Oppositum arguitur: diversitas in principiis secundum speciem causat diversitatem in principiatis secundum speciem. Sed principia ista relationum sunt diversa secundum speciem, quia
10 pater fundatur super potentiam activam, filius super potentiam passivam. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum, quod diversa est natura relationis aequiparantiae et superpositionis et suppositionis. Nam relatio aequiparantiae uno nomine nominat utrumque extremum
113 rb ut simile alicui simile et e converso. Et hoc est quia || fundatur supra eandem rem in specie ut supra albedinem vel nigredinem vel aliquid huiusmodi. Relatio vero superpositionis (et relatio suppositionis) non nominant utrumque extremum eodem nomine et hoc est, quia fundantur supra diversas res in specie.

20 Ad rationem: per hoc patet responsio.

Quaestio 47

Quaestio est, utrum dependentia accidentis ad subiectum sit relatio.

Ad quod dicendum sine argumento, quod non. Nam esse relationis non solum consistit in modo se habendi ad aliud ut ad
25 subiectum, sed consistit in modo se habendi ad unum ut ad Socratem et ad aliud ut ad terminum. Natura vero accidentis consistit in modo se habendi ad aliud ut ad Socratem tantum. Et sic patet, quod dependentia accidentis ad subiectum non est relatio.

30 Sed si aliquis dicat, quod non est aliud praedicamentum, in quo ista dependentia potest reponi nisi praedicamentum relationis, et hoc est, quia ista dependentia significat respectum accidentis ad subiectum et omne significans respectum est in praedi-

8 principiatis] principiis.

25-26 ad subiectum sed] subiectum sed aliud. 29 quod] *superscr.*

2-3 Petrus Hispanus Summulae logicales tract. III 3. 19 (ed. Bocheński [29]).

camento relationis, dicendum quod ista dependentia non est res aliqua et ideo in nullo praedicamento erit. Nam quidquid est in praedicamento erit res; sed est modus intelligendi tantum et sic est res rationis tantum et ideo et cetera.

5 *Quaestio 48*

Qualitatem vero dico et cetera.

Quaestio est, utrum differentia substantialis ut rationale sit qualitas. Et arguitur, quod sic.

10 Cuicumque convenit definitio, et definitum et cetera. Maior patet. Minor probatur: nam qualitas est secundum quam quales et cetera. Sed secundum rationale dicimur quales. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: nam omnis qualitas est accidens. Differentia substantialis non est accidens. Ergo et cetera.

Quaestio 49

15 Quaestio est, utrum naturalis potentia vel impotentia sunt eiusdem speciei. Et intellige, quod ista quaestio potest applicari ad omnes species qualitatis. Et arguitur, quod non sunt eiusdem speciei. Contraria non sunt eiusdem speciei quod patet per definitionem eorum in VI Principiis. Sed nota: potentia et impotentia
20 sunt contraria. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur sic: nam completum <et incompletum> non diversificant speciem. Ista sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Quaestio 50

Quaestio est, utrum accidentia in abstractione suscipiunt magis
25 et minus sicut in concretione. Et arguitur, quod sic.

Quaecumque sunt unum in essentia, si unum suscipit magis

6 vero] autem *Boeth.*

16-18 Et intellige-speciei²] *iter.*

24 magis] *maius.*

6 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,240 A. Aristoteles Categ. 8 (8b 25). 10 I. c.

15 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,244 B. Aristoteles Categ. 8 (9a 16). 18-19 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 4 n. 15 (A. Heysse 19,16-18). Aristoteles Met. X t. 14 (I c. 4 1055a 4-5).

et minus, et alterum. Sed accidens in abstractione et concretionem sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: non enim differunt albedo et album in essentia, sed in modo essendi.

113 va Oppositum huius patet per auctorem || in littera.

Ad primam quaestionem <qu. 48> dicendum, quod differentia substantialis non est qualitas prout qualitas sumitur in praedicamento qualitatis. Cuius declaratio est: nam oportet quod qualitas, quae ingreditur hoc praedicamentum, habeat communem
 10 rationem accidentis, quae consistit in duobus, quorum primum est, quod denominet et qualificet suum subiectum; secundum est, quod adveniat subiecto post eius esse completum. Rationale autem, quod est differentia substantialis, non advenit homini, postquam homo est homo. Et ideo non est qualitas, de qua
 15 loquitur Aristoteles in hoc praedicamento. Est tamen qualitas aequivoce sumendo qualitatem. Nam convenit cum qualitate in eo, quod qualificat et denominat subiectum, et sic consideravit Aristoteles eam in V. Metaphysicae.

Per hoc patet responsio ad rationes. Nam in prima: cuicumque
 20 convenit definitio et cetera, dicendum, quod definitum sumitur hic aequivoce, scilicet pro qualitate substantiali et pro qualitate accidentali, et definitio eis convenit aequivoce. Per hoc solvitur secunda.

Ad secundam quaestionem <qu. 49> dicendum, quod natura-
 25 lis potentia et impotentia non diversificant speciem sicut ostendit ratio inducta. Nam non differunt nisi sicut completum et incompletum vel intensum et remissum. Et haec est diversitas accidentalis, quae non facit diversitatem in specie.

Ad rationem in oppositum dicendum, quod ea, quae vere
 30 sunt contraria, non sunt eiusdem speciei. Sed naturalis potentia et impotentia non sunt vere contraria nisi extendendo contrarietatem ad quamcumque diversitatem sicut differunt album et albius.

11 qualificet] qualicumque. 19 cuicumque] cuiuscumque. 23 secunda] secundum. 27 intensum] retensum. 31 nisi] nec.

5 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64, 256 C. Aristoteles Categ. 8 (10b 26-28). 18 Aristoteles Met. V t. 19 (Δ c. 14 1020a 33-1020b 25). 22 Secunda ratio non exstat.

Ad tertiam quaestionem *(qu. 50)* dicendum, quod abstracta non recipiunt magis et minus. Cuius declaratio est: nam causa susceptionis magis et minus est participatio alicuius formae cum permixtione potentiae ad ulteriorem gradum vel inferiorem eiusdem formae. Et sic duo oportet esse: scilicet quod forma illa habeat gradus et quod ipsa sumatur in comparatione ad potentiam passivam, quae est respectu subiecti. Sed forma in abstractione utroque istorum caret et ideo non recipit magis et minus.

Ad rationem respondeo, cum dicitur: Quaecumque *(sunt)* unum in essentia et cetera, dico quod verum est si eodem modo important essentiam illam, quod non est verum de concreto et abstracto.

Quartum vero genus.

Quaestio est, quare *(non melius)* nominat quartam speciem qualitatis nomine generis et nomine speciei inter passionem et passibilem qualitatem quam inter formam et figuram? *(Dicendum)*, quia forma non est figura neque e converso, nec unum est in potentia respectu alterius. Et patet.

Praeterea quaeratur, quare nominat quartam speciem qualitatis his duobus nominibus et ponit, cum forma et figura ut videtur sunt eadem. Dicendum, quod non sunt eadem, quia forma est in corpore, figura vero proprie in superficie. Vel aliter et melius, quia forma proprie est in animatis, figura vero proprie in inanimatis.

Quale quid dicitur triangulum vel quadrangulum.

Contra: ex non quantis non fit quantum, hoc est: ex quantis fit quantum. Sed quaelibet pars trianguli est quanta, quoniam fit ex tribus lineis. Ergo triangulum est quantitas, non ergo qualitas.

Dicendum quod est loqui de triangulo tripliciter: aut prout est superficies contenta ex tribus lineis, et sic est quantitas; aut

6 et quod] eoque. 9 quaecumque] u *add. et del.* 10 unum] verum. verum] utrum. 19 speciem] spem. 27 quaelibet] qualibet. 28 lineis] leneis.

13 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,250 D. Aristoteles Categ. 8 (10a 11). 15-16 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,245 D. Aristoteles Categ. 8 (9a 28-29). 25 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,250 D. Aristoteles Categ. 8 (10a 14-15).

prout est clausio trium linearum terminatarum ad tria puncta, et sic est positio, quia positio nihil aliud est quam situs partium et generationis ordinatio, et ita diversimode <loqui> non est inconveniens. Praeterea dicitur in littera, quod rarum et spissum
 5 sunt positiones et auctor VI <Principiorum> dicit, quod sunt qualitates causatae a positionibus. Ergo unus ipsorum mentitur.

Dicendum quod neuter mentitur, quia loquuntur diversimode. Est enim loqui de raro et spisso dupliciter: aut in sua causa aut in effectu. Si in causa, sic loquitur Aristoteles dicendo, quod sunt
 10 positiones, et hoc patet inspiciendo in radice, quia ex eo quod partes sic vel sic sint dispositae in toto, sic est positio. Unde positio est situs et ordinatio partium in toto et partes sunt causae totius. Si loquamur de ipsis ut in effectu, sic sunt qualitates et sic causatae sunt a positionibus, et ita loquitur auctor VI <Principiorum> de ipsis, quoniam si partes sint siccae in toto, sic totum
 15 <erit> densum. Si vero sint humidae in toto, sic totum erit leve et mobile et hoc modo immutant sensum et sic sunt qualitates. Quia nota, quod omne, quod est immutativum suum obiectum respectu cuiuscumque sensus corporis est intra speciem qualitatis.

20 Qualia vero et cetera.

Arguo sic: quaecumque est comparatio qualitatis ad quale, eadem est comparatio substantiae ad substantiale et quantitatis ad quantum. Sed determinando de substantia, non determinat de substantiali nec determinando de quantitate determinat de
 25 quanto. Ergo nec determinando de qualitate, debuit determinare de quali.

Dicendum ad hoc, quod non valet proportio, quia determinando de substantia, substantiale non cadit in eius definitione, nec determinando de quantitate, quantum cadit in eius defini-
 30 tione. Determinando tamen de qualitate, quale cadit in eius definitione. Et propter hoc et cetera.

4 spissum] pissum. 6 mentitur] mittitur. 12 et²] per *add. et del.*

2-3 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 6 n. 21 (A. Heysse 24,13-14).
 4-5 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,251 C. Aristoteles Categ. 8 (10a 16-18). 5-6 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 6 n. 22 (A. Heysse 25,2-10).
 20 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,251 C. Aristotelis Categ. 8 (10a 27).

Praeterea <quaero,> quare nomina <non> sunt imposita potentiis naturalibus? Dicendum, quod ideo, quia nomina non debent imponi aliquibus rebus, nisi illae sint satis manifestae intellectui. Sed quia potentiae naturales non sunt satis manifestae intellectui, ideo eis non sunt nomina imposita.

Praeterea ipse dicit in littera quod iustitia et iniustitia sunt contraria. Contra dicit Aristoteles in libro Perihermeneias, quod iustum et iniustum sunt privative opposita. Quare mentitur hic vel ibi. Sed non ibi. Ergo hic.

Ad hoc dico dupliciter, primo dicendo, quod si sub privatione de li in, cum dicitur iniustum vel iniustitia, intelligatur aliquid certum ut David vel aliquod tale, iustum et iniustum sunt contraria, et sic intendit hic. Si vero sub privatione eius, quod est in, non intelligatur aliquid certum, sed sic dicatur absolute iniustum vel iniustitia non contrahendo ad aliquod determinatum ||, sic sunt privative opposita, et ita intellexit Aristoteles in libro Perihermeneias. Vel aliter dico, quod si ibi negatur actus, non tamen <potentia ad actum, sic sunt contraria>; si vero negatur actus et potentia ad actum, sic sunt privativa.

Praeterea dicit in littera, quod rubeo et pallido nihil est contrarium in coloribus. Contra: omnis motus est a contrario in contrarium. Sed aliquis movetur ab rubedine ad pallorem. Ergo ista sunt contraria. Similiter arguendum est de albo et rubeo.

Praeterea quaero, quare rubeo et pallido et sic de aliis mediis coloribus nihil est contrarium? Si <c>: hac de causa, quia pallidum et sic deinceps est compositum ex albo et nigro. Unde in ipsis coloribus mediis semper remanet aliquid albedinis et aliquid nigredinis. Et propter hoc et cetera.

Supra hoc dicit Aristoteles in IV. Metaphysicae, quia medium

3 sint] sūnt? intellectui] intellectum. 4 non] si. intellectui] intellectum. 10 Ad hoc] aliquid licet. 17 actus] et *add.* non tamen] nota. 19 sunt] contraria *add.* 22 rubedine] albedine. 29 IV.] V°.

1 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,253 B. 6-7 l. c. III, PL 64,255 A. Aristoteles Categ. 8 (10b 12-13). 7-8 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* (ed. sec.) IV c. 10 (ed. Meiser 280,5-9). 17-19 Cf. p. 226,11-14. 20-21 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,255 A. Aristoteles Categ. 8 (10b 16-17). 21-22 Aristoteles Phys. V t. 9 (E c. 1 225b 1-3). 29-1 (p. 214) Aristoteles Met. IV t. 27 (Γ c. 7 1011b 29-31).

in <virtutibus sive in> habitibus contrariatur extremis, sic et quodlibet aliud. Ergo et cetera.

Quod largus sit medium inter prodigum et avarum patet, quia largus est, qui dat danda et retinet retinenda. Prodigus vero est, 5 qui dat danda et non danda. Avarus autem est, qui retinet retinenda et non retinenda. Sed largus in eo, quod dat danda, contrariatur avaro, et in eo, quod retinet retinenda, contrariatur prodigo, et sic contrariatur extremis. Similiter convenit cum utroque: in eo, quod dat danda, convenit cum prodigo et in eo, 10 quod retinet retinenda, convenit cum avaro.

Ad primum argumentum dico: quando dicit, quod omnis motus est et cetera, dicendum, quod hoc debet intelligi de motu simpliciter, et non secundum quid. Quod patet, quia motus, qui est <ab> albedine in nigredinem, est motus simpliciter, et ideo 15 album et nigrum sunt contraria. Motus tamen, qui est ab albedine in pallorem, non est motus simpliciter, sed secundum quid, quia in pallido remanet aliquid albedinis et aliquid nigredinis, et sic est confectum ex utrisque extremis et propterea pallido nec aliis coloribus mediis est aliquid contrarium.

Ad illud, quod dicit, quod medium in virtutibus sive in habitibus contrariatur extremis, <concedo>, quia nihil habet de substantia nisi quod habet ab extremis. Conficitur enim ex utroque extremorum et sic intendit hic de mediis coloribus, quando dicit, quod non contrariantur albo et nigro. Vel potest considerari largum quantum ad suam qualitatem, quae est bonitas, et sic contrariatur extremis et hoc est, quia utrumque extremorum, scilicet 25 tam prodigum quam avarum sonat in malitiam, et constat, quod bonum et malum sunt contraria. Et sic et cetera. Et taliter intellexit Aristoteles in Metaphysicis. Praeterea ipse dicit in littera, 30 quod in quocumque genere est unum contrariorum, et reliquum.

Contra dicetur inferius in capitulo de oppositione, quod necessarium est omnia contraria esse in eodem genere ut album et

1 habitibus] habitantibus. 7 avaro] auro. 8-9 convenit cum utroque] post danda (9) *ponit.* 9 utroque] otroque. dat] dat *add.* 24 albo et nigro] *corr. ex albedo et nigredo.*

29 l.c. 30 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,256 A. Aristoteles Categ. 8 (10b 17-18). 31 cf. p. 227, 30 sq. 31-3 (p. 215) Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,283 B. Aristoteles Categ. 11 (14a 19-20).

114 **rb** nigrum in genere coloris vel in diversis || generibus ut iustitia in genere virtutis et iniustitia in genere nequitiae. Vel ipsa sunt genera aliorum ut bonum et malum. Unde malum est multifarium, et bonum est uno modo <ut> vult Aristoteles in *Ethicis*,
 5 et sic quaedam contraria sunt, quae non sunt in eodem genere. Ergo sua littera falsa.

Dicendum, quod duplex est genus, scilicet genus generalissimum et genus subalternum. Unde littera debet sic intelligi, quod contraria sunt in eodem genere, supple generalissimo. Unde virtus
 10 et vitium, licet non sint in eodem genere subalterno, sunt tamen in eodem genere generalissimo, quia ambo sunt in genere qualitatis.

Suscipit autem qualitas magis et minus.

Contra: omne, quod suscipit magis et minus, est divisibile.
 15 Sed natura qualitas est divisibilis, ut probabo. Ergo natura qualitas suscipit magis et minus. Probatio minoris: omnis qualitas est forma, et natura forma est divisibilis, quod satis patet per definitionem formae in libro VI Principiorum, et sic natura forma suscipit et cetera.

20 Dicendum ad hoc, quod est loqui de forma dupliciter: aut in se et absolute aut <per com>parationem ad subiectum, in quo est. Si primo modo, sic forma nullo modo est divisibilis, sed per simplex et invariabilis. Si secundo modo, sic forma potest dividi, per accidens tamen quia ad divisionem materiae sequitur divisio
 25 formae.

Similia vero et cetera.

Contra hoc arguo sic: nihil, quod convenit substantiae, est proprie proprium qualitatis. Sed dici simile vel dissimile convenit substantiae. Ergo et cetera. Probatio minoris, quia individuum
 30 substantiae ut Socrates assimilatur alii individuo substantiae ut Platoni. Hinc est possibile. Ergo et cetera.

10 genere] g add. 15 natura²] nulla. 21 et] aut. 31 Hinc] hic.

3-4 Aristoteles *Ethica Nic.* II,5 (B c. 5 1106b 35). 13 Boethius *In categorias Aristotelis* III, PL 64,256 C. Aristoteles *Categ.* 8 (10b 26). 18 Gilbertus Porretanus *De sex principiis* c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,3-4): Forma est compositioni contingens, simplici et invariabili essentia consistens. 26 Boethius *In categorias Aristotelis* III, PL 64,259 A. Aristoteles *Categ.* 8 (11a 15-16).

Dicendum ad hoc, quod in littera similia vero et <cetera> debet glossari sic: proprie proprium qualitatis est dici simile vel dissimile, supple primo et per se. Per accidens tamen substantia dicitur esse similis vel dissimilis, quia Socrates non dicitur similis
5 Platonī nec e converso ratione suae substantiae, sed ratione qualitatis, quae imprimatur illi substantiae.

Praeterea videtur, quod non debet hic determinare de ista proprietate tali ratione. Sicut se habet simile et dissimile ad qualitatem, et aequale et inaequale ad quantitatem, sic se habet
10 idem et diversum ad substantiam. Sed de substantia terminando non loquitur de idem et diversum ut ista de causa. Ergo nec hic debet loqui de simile et dissimile, nec in capitulo de quantitate de aequale vel inaequale, et loquor omnino materialiter.

Dicendum ad hoc sicut dicit Aristoteles in Topicis, quod in
15 omni genere est reperire quid, sed non absolvere quid a subiecto, et ita in omni genere est reperire subiectum, et ita idem et diversum reperitur in omni genere. Verbi gratia: bene enim dicitur eadem actio et diversa actio, et similiter bene etiam eadem passio et diversa passio et cetera. Sed numquam reperitur simile
114 va vel dissimile praeter qualitatem nec aequale || vel inaequale praeter quantitatem et sic proportio nulla est.

Praeterea solvendo quendam errorem dicit, quod non est inconveniens, licet aliquid secundum se sit in praedicamento qualitatis, quod in comparatione ad suum genus sit in praedicamento
25 relationis. Et ponit exemplum ut grammatica, musica, secundum se sunt in genere qualitatis, per comparationem ad suum genus ut ad disciplinam sunt ad aliquid.

Contra videtur, quod si grammatica secundum se sit in praedicamento qualitatis, quod disciplina sit in eodem genere; sic
30 grammatica est in genere qualitatis. Ergo disciplina est in eodem genere. Hic est locus a specie. Ergo argumentum est necessarium; quod firmo per consimile argumentum sic: homo est species,

3 et] *superscr.* 9 aequale] *ae superscr.* 13 aequale] *quale.* 15 subiecto] *sic.*
18 etiam] *autem.* 23 aliquid] *aliquis.* 27 disciplinam] *dissiplinam.*

14 Aristoteles Topic. I (A c. 7 103a 22-24) PL 64,914 C. 22-27 Boethius In categorias Aristotelis III, PL 64,259 C. Aristoteles Categ. 8 (11a 23-24). 31 Petrus Hispanus Summulae logicales tract. VIII 8. 12 (ed. Bocheński [96]).

animal vero genus eius. Sed homo est in praedicamento substantiae. Ergo animal erit in eodem. Similiter in proposito. Nunc arguo ex parte sic: disciplina est ad aliquid; per ipsum ergo grammatica erit ad aliquid. Probatio huius: dicit Aristoteles in
 5 libro Topicorum, quod si genus est ad aliquid, et species eiusdem erit ad aliquid. Sed disciplina est genus ad grammaticam, et conveniat quod disciplina est ad aliquid. Ergo et grammatica.

Ad hoc respondeo, quod nihil impedit aliquid simpliciter esse in praedicamento qualitatis, ipsum tamen secundum quid esse
 10 ad aliquid, ut patet de grammatica et disciplina. Disciplina enim simpliciter est in praedicamento qualitatis, secundum quid tamen est ad aliquid, quia secundum dici solum, et sic est in praedicamento relationis quantum ad primam definitionem relationis, quae excedit esse relationis. Dicitur enim converti ad suum cor-
 15 relativum, quod est disciplina, tamen ut prius dictum est, relatio fundata supra illam primam definitionem relativorum non est vera relatio, sed secundum dici solum. Et sic patet responsio et cetera.

Sed quando dicit Aristoteles, quod si genus est ad aliquid,
 20 et species erit ad aliquid, et hoc <modo> intellexit ipse: si genus est ad aliquid quantum ad veram definitionem relativorum, quod falsum est. Hic et confirmo meam solutionem per hoc quia ita video, quod homo et risibile, cum sint convertibilia, magis et conveniunt quam homo et animal, cum sint se habentia
 25 secundum ordinem. Sed ita video de his, quae conveniuntur, quod ipsorum unum potest salvari secundum quid in aliquo, ubi reliquum non salvatur nec simpliciter nec secundum quid. Verbi gratia: homo et homo alius a mortuo convertuntur, quod patet subtiliter intelligenti. Sed homo salvatur secundum quid
 114 vb in homine mor||tuo quod patet, quia haec est falsa secundum

1 eius] es. 4 grammatica] grammatico. 8 respondeo] respondio. impedit] a add. et del. 11 simpliciter] similiter. 13 ad] superscr. 14 converti] convertit. 15 tamen] et add. 17 responsio] relatio. 21 quantum] est add. et del. 27 secundum] superscr. 28 a] u add. et del. 30 haec] hic.

5 Aristoteles Topic. IV (Δ c. 4 124b 18-19) PL 64,947 D. Sed Aristoteles contrarium dicit: Si autem genus ad aliquid, non necessario est species. Nam disciplina ad aliquid, grammatica autem non. 15 cf. p. 204,7-10.

quid et simpliciter: homo mortuus, ergo homo; suum tamen convertibile ibi homo alius a mortuo non salvatur nec simpliciter nec secundum quid in homine mortuo. Unde sic arguendo: homo mortuus, ergo homo <alius> a mortuo, non est apparentia in
 5 arguendo. Quare igitur videtur, ex quo ita est de convertibilibus, quod ipsorum unum et cetera, multo fortius erit de his, quae <se> habent secundum ordinem, cuiusmodi sunt grammatica et disciplina, quod disciplina secundum quid salvatur in praedicamento relationis, grammatica nec simpliciter nec enim in eodem
 10 nec secundum quid.

Praeterea adhuc videtur, quod grammatica sit ad aliquid sic: quia constat, quod haec praedicatio bona est: grammatica est disciplina. Sed ita est in antepaedicamentis, quod quidquid praedicatur de praedicato, et de subiecto. Sed de praedicato ut
 15 de disciplina praedicatur ad aliquid, sic disciplina est ad aliquid. Ergo et cetera.

Ad hoc dico, quod haec regula: quando alterum de altero et cetera intelligenda est per se et essentialiter et in recta linea praedicamentali, sed quia li ad aliquid non praedicatur sic de
 20 disciplina, sed secundum quid, propter hoc et cetera.

Praeterea solvendo illas dubitationes dicit quod disciplina est qualitas et est ad aliquid, et ita innuit, quod unum potest esse in praedicamento qualitatis et in genere relationis, quod est contra illud principium: diversorum generum et cetera. Dicendum,
 25 quod sic intellexit diversimode et non eodem modo, et hoc est rationale.

Recipit autem agere et pati contrarietates et cetera.

Contra hoc sic arguo: tam actio quam passio sunt in genere relationis. Sed in relativis non est contrarietas. Ergo et cetera.
 30 Dicendum ad hoc, quod duplex est relativum. Est enim quoddam relativum secundum esse et dici; in talibus relativis non est contrarietas et de talibus relativis datur vera definitio rela-

2 simpliciter] similiter. 4 apparentia] apparenti. 27 Recipit] Suscipit *Boeth.*
 agere] facere *Boeth.* 32 et] *superscr.*

13-14 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,175 C. Aristoteles Categ. 3 (1b 10-12). 17-18 l. c. 21-22 Boethius l. c. III, PL 64,259 C. Aristoteles Categ. 8 (11a 27-34). 27 Boethius l. c. III, PL 64,261 C. Aristoteles Categ. 9 (11b 1).

tivorum et sic intellexit Aristoteles in capitulo de quantitate, quando dicit, quod enim non est sumere per se, sed per solam alterius relationem refertur, quomodo huic erit aliquid contrarium? quasi diceret: nullo modo. Et est aliquod relativum secundum dici solum et in talibus relativis nihil impedit quin fuerit contrarietas et talia sunt huiusmodi et ideo suscipiunt contraria.

Praeterea quaeritur, quare ipse in simili determinat de actione et passione? Dicendum, quod ideo quia actio et passio se habent sicut causa et causatum et quia non est solvere causam a causato nec e converso. Ideo et cetera. Unde nota quod actio <non> est <in> passione, nec sicut causa in causato; passio vero est in actione sicut causatum in causa.

Praeterea quaeritur, quare potius dicit agere et pati quam actio et passio? Dicendum, quod ideo quia actio et passio sonant in abstractione et abstracta non suscipiunt contraria, et agere et pati sonant in concretione et concreta suscipiunt contraria. Propter hoc et cetera.

Praeterea ex quo determinavit superius de quatuor primis ||
 115 *ra* generibus, scilicet de substantia, quantitate, ad aliquid, qualitate, et hoc sermone prolixo et difficili, <quaeritur> quare hic sermone involuto et aggregato et breviter pertranseundo determinat de sex residuis, hoc est de actione et cetera?

Ad hoc dico dupliciter: primo dicendo, quod Aristoteles nunquam fecit casum de addiscentibus, sed semper voluit satisfacere arti et scientiae; sic fecit in hoc loco et cetera. Vel aliter et melius, quod Aristoteles satis determinavit de istis ut in causa, quia determinando de his tribus praedicamentis, quantitate, qualitate et relatione sufficienter et determinat de his sex residuis praedicamentis ut in causa. Quare nota, quod quando et ubi nascuntur a quantitate. Verbi gratia quia quando nascitur a tempore, ubi nascitur a loco, sed actio et passio nascuntur a qualitate, quoniam a secunda specie qualitatis, videlicet a naturali potentia vel impotentia. Sed positio et habitus nascuntur a relatione. Verbi

2 est sumere] potest sumi *Boeth.* se] ipsum *add. Boeth.* per] ad *Boeth.* 11 passione] passio. 15 abstracta] abstracto. 20 sermone] *corr. ex* secundum more. hic] hoc. 21 sermone] *corr. ex* secundum mone. 30 quando] *n add. et del.*

gratia quia dicitur positio alicuius positio et similiter habitus dicitur alicuius habitus, et ita patet, quod infra sex residua praedicamenta radicaliter intelliguntur in illis tribus praedicamentis et infra determinando de illis tribus satis ut in causa determinatum est de his.

Quotiens autem solent opponi dicendum est.

Nunc convenit quaerere primo de sufficientia specierum, quare quattuor dicuntur et non plures nec pauciores.

Dicendum ad hoc quod omnis oppositio aut est inter utrumque ens aut non inter utrumque ens. Si inter utrumque ens, distingue aut utrumque ens est completum sive ens actu et tunc relativa opposita. Aut unum est ens actu et reliquum est ens incompletum sive potentia, et tunc est contraria opposita. Aut utrumque est incompletum sive potentia, et tunc nulla est oppositio. Si non inter utrumque ens: distinguo aut quod neutrum sit ens et tunc nulla est oppositio. Aut quod alterum sit ens et alterum non ens, et tunc distinguo: aut illud quod est non ens, nullo modo sit ens, et tunc est contradictoria oppositio. Aut illud, quod est non ens quodammodo sit ens, et tunc privativa opposita.

Videtur autem contraria non sic opponi ut relativa.

Contra: contrarium dicitur alicui contrarium, et sic opponuntur ut relativa. Ergo mentitur in littera.

Dicendum quod est loqui de contrariis dupliciter: aut quoad intentionem, et sic opponuntur ut relativa, aut quoad res, quae sunt sub his intentionibus, et sic non opponuntur ut relativa. Ita intellexit hic, et sunt illae res haec contraria vel illa contraria, et hoc ipse innuit per suam litteram, quando dicit bonum enim non dicitur alicuius mali bonum, sed est simpliciter contrarium.

Praeterea videtur, quod male determinat de oppositione, quia inter omnia opposita contradictio est maxime || oppositio, et sic

2 infra] s *add.* 6 Quotiens] quoties *Boeth.* solent] solet. 12 incompletum] incompositum. 13 est²] ns *add. et del.* 14 incompletum] incompositum. 17 ens¹] est. 28 simpliciter] similiter.

6 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,264 C. Aristoteles Categ. 10 (11b 16). 20 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,265 D. Aristoteles Categ. 10 (11b 33-38). 27-28 Boethius l. c. 30 Aristoteles Met. X t. 14 (I c. 4 1055a 4-5).

primo deberet determinare de tali. E converso facit. Ergo et cetera.

Dicendum quod ideo hoc facit, quia in hoc libro intendit determinare de incomplexis et semper praeordinat illas oppositiones, 5 quae magis sapiunt naturam incomplexionis et postponit illam oppositionem, quae magis sapit naturam complexionis, et quia oppositio contradictoria est huiusmodi. Quia numquam invenies oppositionem contradictoriam, quin ad minus altera pars contradictionis fuerit complexa, quod patet hic: homo et non-homo, 10 similiter: sedet <et> non-sedet. Sed aliae oppositiones possunt esse omnino incomplexae; verbi gratia ut bonum et malum, quae sunt contrariae, sunt incomplexae. Similiter caecus-videns quae sunt et cetera. Pater-filius quae sunt et cetera.

Praeterea dicit, quod sanum et aegrum sunt contraria im- 15 mediata. Contra: omnis motus est a contrario in contrarium et per medium. Sed contingit, quod quid movetur a sanitate in aegritudinem. Ergo inter ista cadit medium. Quare littera falsa.

Ad idem: ponatur, quod a sit ultimum instans tuae sanitatis et quod b sit primum instans tuae aegritudinis, et pono quod 20 aliquis movetur ab a ad b; nunc quaero: a et b aut sunt unum instans aut duo instantia. Non unum instans. Constat quod in a tu es sanus et in b tu es aeger, et sic dato quod essent unum instans, sequeretur illud inconueniens, scilicet quod tu esses sanus et aeger in eodem instanti, quod est contra Aristotelem in libro 25 Perihermeneias, qui dicit, quod circa idem non convenit simul esse contrarietas. Si<c> sint diversa instantia: sed dicit Aristoteles, quod inter quaelibet duo diversa cadit aliquod medium. Ergo inter a et b cadit medium. Quare per consequens inter sanum et aegrum cadit aliquod medium, et sic sua littera falsa erit.

30 Ad primum dico, quod contrarietas dupliciter potest considerari: aut prout est de consideratione naturalis philosophi aut

10 oppositiones] compositiones. 12 sunt²] *superscr.* caecus] secus. 16 movetur] moventur. 28 inter²] idem.

14-15 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,266 D. Aristoteles Categ. 10 (12a 8-9). 15-16 Aristoteles Phys. V t. 9 (E c. 1 225b 1-3). Thomas In Phys. V c. 3 lect. 5 n. 686: motus est de contrario in contrarium. 24-26 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 7 (ed. Meiser 7,18). Aristoteles Peri herm. c. 7 (17b 23). 26-27 Aristoteles Phys. IV t. 100 (Δ c. 11 219a 25-26).

logici. Si naturalis philosophi, sic omnis motus est a contrario in contrarium et per medium, quoniam naturalis philosophus <dicit> quod quaedam dispositio media est, qua aliquis non est sanus neque aeger. Et videtur dici neutra dispositio, quia impossibile est
 5 absolvere contrarietatem a motu et a materia, quia corpus mobile est subiectum in tota naturali philosophia et secundum divisionem corporis mobilis dividitur scientia a scientia. Similiter motus dupliciter potest considerari: in terminum et sic est a contrario in contrarium, et sic intellexit naturalis philosophus, aut prout
 10 est in motum esse et tunc non videtur dici motus, sed mutatio, quia statim fit, et ita loquitur Aristoteles de motu per totam logicam et sic non est aliquod medium in motu. Vel aliter dico, quod
 115 **va** sanum et aegrum sunt contraria immediata, et quando dicit ||, quod omnis motus est a contrario in contrarium et per medium,
 15 dico quod hoc debet intelligi quando est motus simpliciter et non secundum quid. Sed inter sanum et aegrum non est motus simpliciter, sed secundum quid, quod bene intuenti et ideo et cetera.

Ad secundum argumentum dico, quod a et b sunt unum instans secundum rem, et tunc nihil aliud est a quam terminus
 20 finalis praeteriti, et nihil aliud est b quam terminus initialis futuri, et isti duo termini, ut vult auctor VI <Principiorum>, sunt unum in praesenti. Et hoc patet per ipsum in capitulo de quando, ubi dicit in quocumque termini terminantur, in eodem sunt unum. Si vero loquamur de a et b secundum rationem, similiter sunt
 25 duo instantia. Unde Aristoteles quando dixit, quod inter quaelibet duo et cetera, intellexit de duobus instantibus secundum rem et rationem. Vel aliter potest dici, quod inter quaelibet duo, quae distant distantia situati sive locali, cadit aliquod medium, et non distantia essentiali.

30 Praeterea quaeritur, quare in quibusdam contrariis mediatis medium est nominatum et in quibusdam non. Dicendum, quod ideo quia medium in contrariis non est nominatum nisi natura intendit utrumque contrariorum, sed in <quibusdam> contrariis, scilicet in coloribus, natura intendit utrumque extremorum, scilicet

4 dici] natura *add. et del.* 5 quia] quod. 10 dici] d *add. et del.* 23 ubi] de.
 31 nominatum] nominat.

23 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 4 n. 15 (A. Heysse 19,8-10).

⟨tam⟩ album quam nigrum, et ideo in ipsis medium est nominatum, scilicet rubeum et pallidum et cetera. Licet tamen pravum et studiosum sint contraria immediata, tamen medium in ipsis non est nominatum, eo quod natura non intendit utrumque extremorum contrarietatis. Numquam enim pravum intenditur a natura, et hoc est quod vult Aristoteles in *Metaphysicis*, quod omnes homines natura scire desiderant. Et ad hoc nota, quod natura vult non omne ultimum esse finem, sed omne optimum.

Habitus et privatio sunt circa idem ut caecitas et visus circa oculum.

Contra dicit Aristoteles in II. De anima, si aliquid componatur ex materia et forma, forma dicitur completiva; et absoluta illa forma non remanet idem quod prius et exemplificat de oculo, qui componitur ex pupilla tamquam ex materia et ex virtute ⟨visiva⟩ tamquam ex forma completiva. Absoluta virtute visiva oculus non remanet idem sicut prius, et huic concordat Aristoteles in libro *Meteororum* dicens, quod manus paralytica non est manus, quia caret operatione manus; ibidem subiungit quod manus lapidea non est manus propter eandem causam. Ergo absoluta virtute visiva ab oculo non remanet idem sicut prius; sed prius fuit oculus. Ergo tunc non erit oculus; sed caecitas inest oculo.

115 vb Et quando caecitas inest, visus nequa||quam. Igitur mentitur dicendo quod visus et caecitas habent fieri circa oculum.

Dicendum ad hoc quod est loqui de oculo dupliciter: aut quantum ad materiam aut ad formam. Si quantum ad formam, sic intellexit Aristoteles in libro *De anima*. Si quantum ad materiam, hoc est quantum ad organum subsistendi sive pupillam eiusdem, sic Aristoteles intellexit hic, quia talis oculus convenienter se habet ad virtutem visivam et ad caecitatem.

1-2 nominatum] nominatam. 6 *Metaphysicis*] *Ethicis*. 7 omnes] omnis. 9 et¹] m *add.* 12 dicitur] dico. 14 pupilla] pupillo. 15 ex] materia *add. et del.* 17 *Meteororum*] *Metheororum*. 22 mentitur] mītitur *sec. litt. del.* 25 ad²] *superscr.* 29 caecitatem] cecietatem.

6-7 Aristoteles *Met.* I (A c. 1 980a 21) 9-10 Boethius *In categorias Aristotelis* IV, PL 64,269 A. Aristoteles *Categ.* 10 (12a 26). 11-16 Aristoteles *De an.* II t. 9 (B c. 1 412b 18-22). 16-18 Aristoteles *Meteor.* IV t. 54 (Δ c. 12 389b 32).

Subiecto existente possibile est in alterutrum fieri mutationem.

Et exemplificat de igne, cum caliditas habet fieri naturaliter circa ignem, sic frigiditas non habebit fieri circa ignem.

5 Contra dicit Aristoteles in libro Topicorum, quod si aliqua duo sint contraria, et unum dicatur <non posse inesse>, quia non potest frigifieri inesse alicui subiecto, considerandum est, utrum alterum potest inesse eidem, quoniam si non, destructum est problema. Sed per ipsum caliditas inest igni. Ergo frigiditas
10 inerit. Et per oppositum: si frigiditas non inerit, nec caliditas inerit. Et hoc est impossibile. Ergo et cetera.

Praeterea ignis et aqua sunt contraria. Sed regula est, quod contrariorum contrarii sunt effectus. Sed aqua potest calefieri. Ergo ignis potest frigifieri.

15 Praeterea quaero: caliditas existens in igne cui contrariatur? Convenit, quod non nisi frigiditati, sed non frigiditati, quae est in algore sive in glacie, quia accidentia in diversis subiectis non opponuntur. Ergo oportet de necessitate, quod caliditas in igne contrarietur frigiditati in igne. Ergo et cetera, quia nisi caliditas
20 in igne esset contrarium frigiditati existenti in quolibet alio subiecto, tunc sequeretur, quod cum corvus sit niger et nix alba, et corvus esset contrarium nivi, quod est impossibile.

Ad primum dico quod consideratio Aristotelis intelligenda est: nisi unum determinate insit sive quando neutrum determi-
25 nate inest ut patet de sanitate et aegritudine. Cum igitur caliditas determinate inest, propter hoc et cetera.

Ad illud quod dicit quod ignis et aqua et cetera, dicendum quod quatuor sunt elementa, scilicet ignis, aqua et cetera. Inter <ea> unum elementum est maxime formale ut ignis et aliud
30 magis habens de materia quam de forma ut aqua. Sed manifestum est, quod caliditas ignis consequitur formam aquae. Con-

1 Subiecto existente] existente susceptibili *Boeth.* alterutrum] alterutrumque.
4 frigiditas] sigiditas. 17 algore] armore. 23 consideratio] considerando.

1-2 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,276 B. Aristoteles Categ. 10 (13a 18-19). 5-9 Aristoteles Topic. II (B c. 7 113a 20-23) PL 64,930 B: Amplius si est aliquid contrarium accidenti, considerandum est si inest ei cui dictum est accidens inesse. Nam si hoc inest, illud non erit, impossibile enim simul contraria eidem inesse.

stat, quod aqua minime de forma habet respectu ignis. Ideo essentialius sedet caliditas cum igne quam frigiditas cum aqua, et propterea non est inconueniens, licet aqua posset calefieri, quod ignis non posset frigifieri. Vel aliter dicendum, quod ignis non
 5 contrariatur aquae ratione substantiae, sed ratione qualitatum existentium circa ignem et aquam. Vel aliter dicendum, quod est loqui de aqua dupliciter: aut prout est elementum, et illi aquae nihil admiscetur de natura terrestri et talis aqua num-
 116 ra quam potest calefieri; aliter est loqui de aqua prout est || aqua
 10 materialis, cui admiscetur aliquid de natura terrestri et talis aqua potest calefieri.

Ad tertium dico, quod caliditati in igne nihil contrariatur, calido tamen simpliciter frigidum simpliciter contrariatur. Huic tamen vel illi calido nihil contrariatur. Et hoc est ratione sub-
 15 stantiae, quia substantiae nihil est contrarium. Vel aliter dicendum, quod si habet contrarium, hoc non est gratia materiae propinquae. Quare nota, quod duplex est materia: propinqua et remota. <Remota> est communis materia omnium et quantum ad illam materiam caliditati ignis aliquid est contrarium, quia
 20 sic caliditas et frigiditas habent fieri circa idem ut in istis elementis. Ratione vero propinquae materiae ignis caliditati existenti in igne nihil est contrarium. Unde nota per Aristotelem in libro Topicorum, quod triplex est ignis, scilicet ignis flamma, ignis lux, ignis carbo. Unde igni, quae est flamma, nihil contrariatur,
 25 quia <non> potest frigifieri; nec igni quae est lux; igni tamen, quae est carbo aliquid contrariatur, quoniam frigiditas. Et hoc manifestum est de carbonibus extinctis. Similiter dico, quod corvus et nix non opponuntur ratione materiae sive substantiae differentis albedinem et nigredinem, sed ratione accidentium. Et nota, quod
 30 caliditas inest igitur et flammae et aeri et carboni, diversimode tamen ut praehabitu est in auctore VI Principiorum. Et ad hoc nota, quod si aliqua qualitas insit pluribus et inest uni propter totum, illa quae inest propter totum est causa omnium aliarum qualitatum.

2 sedet] sedent. 9 aqua²] aquae. 13 calido] colido. tamen] cum. 24 igni] ignis. 30 carboni] marm(?). 33 aliarum] aliorum. 34 qualitatum] quantum.

22-24 Aristoteles Topic. V (E c. 5 134b 28-29) PL 64,963 A.

Praeterea: a privatione ad habitum non fit regressus. Contra: iustum et iniustum opponantur privative, et de iusto potest fieri iniustum et e converso et cetera. Dicendum quod iustum et iniustum non opponuntur privative, et hoc est, quia
 5 illa, quae sic opponuntur, dicunt quandam privationem, sed quia ista nullam dicunt privationem, <sunt contraria. Sed dicunt quandam privationem> ex parte animae, quia iustitia totius animae est, quae cum semel exeat a corpore, numquam iterum rediet. Non sic tamen est in proposito. Vel aliter dico, quod si
 10 sub privatione eius, quod est in, intelligatur aliquid certum, sic sunt contraria, sed si <non> intelligatur aliquid certum, non sunt contraria, sed privative opposita. Vel aliter dicendum, quod uno modo sunt contraria, alio modo privativa, quia in contrariis negatur actus, non tamen potentia ad actum, sed in privativis
 15 negatur actus et potentia ad actum.

Praeterea dicit, quod bonum et malum sunt contraria. Contra: bonum et ens convertuntur. Malum et non ens convertuntur, quia regula est: quaecumque aliqua duo convertuntur et eorum opposita convertuntur. Habeo ergo: malum et non ens conver-
 20 tuntur. Sed dicit Boethius, quod malum est non ens, et constat, quod ens et non ens opponuntur contradictorie. Ergo eorum opposita opponuntur contradictorie, scilicet bonum et malum, quod est contra suam litteram.

Praeterea dicit, quod malum contrariatur bono et
 116 **rb** malo. Contra dicit Aristoteles in libro Perihermeneias || quod tantum unum uni est oppositum. Ergo ipse mentitur.

Ad primum argumentum dico et concedo regulam et dico, quod bonum et malum sunt contraria, sed quando dicit Boethius, quod malum est non <ens>, dico, quod ipse non intellexit, quod

6 ista] isto. 8 quae] quod. 10 sub] sunt. privatione] privative. 12 contraria] contrarie. 14 negatur] a *add. et del.* 15 actus] in *add. et del.* et] *superscr.* 17 et¹] est.

1 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,276 C. Aristoteles Categ. 10 (13a 33-34). 20 Boethius De consolatione philosophiae III pr. XII (CSEL LXVII 75,18-19): Malum igitur, inquit, nihil est, cum id facere ille non possit, quia nihil non potest. 24-25 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,281 B. Aristoteles Categ. 11 (14a 1-2). 25-26 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 7 (ed. Meiser 8,15-16). Aristoteles Peri herm. c. 7 (18a 8-10).

malum est non ens simpliciter, sed solum quia se non habet ad finem. Unde mali homines non sunt, quia non se habent ad finem. Unde dicitur quod peccatum nihil est, non tamen dicitur nihil quia simpliciter nihil est, sed dicitur nihil, quia non se habet ad
 5 bonum finem.

Ad secundum dico quod diversimode non est inconueniens, quia malo ut avaritiae contrariatur bonum ut largitas et adhuc malum simpliciter contrariatur, quoniam prodigalitas diversimode tamen, quia largus in eo quod dat danda, contrariatur
 10 avaro, quia retinet tam danda quam retinenda et prodigus in eo quod dat tam danda quam retinenda, contrariatur avaro, qui et cetera. Unde nota, quod ea quae affirmantur in prodigo copulative, negantur in avaro copulative. Et nota, quod medium in habitibus contrariatur extremis, non tamen in coloribus et causa
 15 satis patet in praecedentibus.

Praeterea dicit, quod posito uno contrariorum non est necesse ponere reliquum. Contra: contrarium dicitur alicui contrarium et sic dicuntur relative et posito uno contrariorum et cetera. Ergo et cetera.

20 Dicendum quod contraria quantum ad has intentiones dicuntur relative et non quantum ad res, quae subsunt et sic diversimode inest inconueniens.

Praeterea dicit, quod contraria sunt circa idem genere vel specie. Contra: Socrates est sanus et Socrates est aeger
 25 opponuntur et sunt circa individuum. Ergo et cetera.

Dicendum quod licet contraria sint, per ipsum circa genus vel speciem, non propter hoc negatur quod non possint esse circa individuum. Sed potius affirmatur et hoc est, quia quidquid ponitur de superiori, ponitur de suo inferiori.

30 Praeterea dicit, quod omnia contraria aut sunt in eodem genere aut in diversis generibus aut sunt genera aliorum.

10 avaro] avaro tam danda] danda tam. 11 tam] et *add.* quam] et.

7-10 Aristoteles *Ethica Nic.* IV, 3 (Δ c. 3 1121a 10-15). 15 cf. p. 213,29-215,6. 16-17 Boethius *In categorias Aristotelis IV*, PL 64,282 A. Aristoteles *Categ.* 11 (14a 7-8). 23-24 Boethius *In categorias Aristotelis IV*, PL 64,282 D. Aristoteles *Categ.* 11 (14a 15-16). 30-32 Boethius *l. c. IV*, PL 64,283 B. Aristoteles *l. c.* 11 (14a 19-20).

Hoc est impossibile, cum genus non contineatur sub altero genere. Dicendum, quod bene dicit, sed duplex est genus, scilicet genus generalissimum et genus subalternum. Sed in capitulo de qualitate intellexit de genere generalissimo, hic autem intellexit
5 de genere subalterno. Unde plura genera subalterna continentur sub uno genere generalissimo.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Sed nunc videtur, quod insufficienter determinat de prius, quia prius et posterius sunt correlativa. Ergo ut videtur, cum deter-
10 minavit de prius, debet determinare de posterius.

Dicendum, quod satis determinavit de posterius determinando de prius quia determinando de prius simul cum hoc dat modos eius, quod est posterius. ||

116 va Praeterea videtur quod insufficienter dat modos eius, quod est
15 prius, quia nos videmus quod aliquis est prior altero nutriendo et sic aliquid est prius motu. Similiter aliquid est prius quantum ad locum, et ita habetur prius loco et ipse non determinavit de his. Ergo et cetera.

Dicendum quod ipse sufficienter dat modos eius quod est prius
0 et cum dicit quod ipse omittit locum et motum, dico quod ipse propter hoc non est sibi inimicus, quia species eius, quod est prius, est universale et universale semper absolvitur a motu et loco, quia universale ut vult Philosophus nusquam est et ideo omittit ipse motum et locum. Vel aliter dicendum, quod satis
25 determinat de motu et loco ut in causa, quia dando istum modum, scilicet prius tempus sufficienter dat motum et locum, quia tempus est causa motus; et motus est causa loci et ita satis et cetera.

Praeterea dando secundum modum eius quod est prius natura et secundum hoc prius est illud a quo non convertitur consequen-
30 tia et illud quod sequitur ad aliud est prius ipso. Sed dando tertium modum dicit, quod aliquid est prius ordine ut praemissae conclusione, et ita innuit quod illud, quod sequitur ad aliud, est prius sive posterius, et sic unum et idem est prius et posterius se ipso, quod est inconveniens.

1 contineatur] conteneatur. 16 prius²] prior. 30 et] ut. 33 se] sed.

7 Boethius l. c. IV, PL 64,283 D. Aristoteles l. c. 12 (14a 26). 23 Aristoteles Met. VII t. 57 (Z c. 16 1040b 26-27). 29 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,284 C. Aristoteles Categ. 12 (14a 34-35).

Dicendum quod hoc non est inconueniens secundum diversos modos prioris cum consequens est prius antecedente sive praemissa quantum ad secundum modum prioris. Praemissa tamen est prior conclusione quantum ad tertium modum prioris. Sufficientia modorum eius, quod <est> prius, patet sic: scilicet quare quinque sunt et non plures neque pauciores.

Dicendum quod prius non potest considerari nisi dupliciter, scilicet aut quantum ad cognitionem aut quantum ad rem. Si quantum ad cognitionem, sic est tertius modus. Si secundum rem, hoc dupliciter: aut secundum naturam aut secundum tempus. Si secundum tempus, sic datur primus modus. Si secundum naturam: hoc dupliciter: aut convertitur aut non convertitur. Si non convertitur, sic datur secundus modus. Si convertitur, hoc dupliciter: aut unum est causa alterius, aut sic: neutrum est causa alterius. Si primo modo, sic datur quintus modus. Si secundo modo, sic non datur aliquis modus.

Simul autem eidem dicuntur quidem simpliciter.

Sed nunc videtur quod insufficienter dat modum eius, quod est simul, quia simul et prius sunt opposita. Sed regula est, quod multiplicato uno oppositorum, multiplicatur et reliquum. Sed prius habet quinque modos. Ergo simul debet habere quinque modos. Quare et cetera.

Ad hoc dico, quod hoc intelligendum est in contradictoriis oppositis et in illis, quae primo et principaliter sunt contradictorie opposita, et non in illis, quae dicuntur ad contradictionem.

Praeterea dicit, quod illa dicuntur simul tempore quorum generatio est in eodem. Contra angeli sunt semper et ita sunt simul tempore, non tamen generantur, sed creantur.

Dicendum ad hoc sicut dicit Augustinus qui imponit Aristoteli, quod ipse dividit semper sic: est enim triplex || semper, scilicet semper aeternitatis et dicitur de deo, et semper aevi et dicitur de angelis et semper temporis et dicitur de mundo et de istis inferioribus et sic semper est aequivocum.

14 aut²] ut. 17 eidem] om. Boeth. 31 deo] eo.

17 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,286 C. Aristoteles Categ. 13 (14b 24). 20 Aristoteles Topic. I (A c. 15 106b 14-15) PL 64,920 A. 26-27 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,288 C. Aristoteles Categ. 13 (15a 11-12). 29 Locum non inveni.

Motus autem species sunt sex. Contra dicit Aristoteles in V. Physicorum quod generatio et corruptio non sunt motus, sed mutationes. Ergo non sunt nisi quatuor species motus.

Dicendum quod generatio et corruptio dupliciter possunt considerari: aut prout nominant totam transmutationem a principio usque ad finem, sive prout dicunt totam dispositionem disponentem et habilitantem ipsam, et sic generatio et corruptio sunt species motus et sic intendit hic. Aliter possunt considerari, scilicet prout nominant ultimam formae receptionem cum materia
 5
 10 disposita de necessitate et ita merentur dici mutationes et non motus, quia sic statim fiunt et ita intellexit Aristoteles in V. Physicorum. Sufficientia sex modorum motus patet sic: quia omnis motus aut est substantialis aut accidentalis. Si substantialis, hoc dupliciter: aut prout dicitur ad substantiam, et sic est generatio,
 15 quia omnis generatio est progressio a non esse ad esse, aut prout egreditur a substantia, et sic est corruptio, quia corruptio est progressio ab esse ad non esse. Si accidentalis, hoc dupliciter aut intra aut extra. Si extra, sic est secundum locum mutatio. Si intra, hoc dupliciter: aut secundum qualitatem, et sic est
 20 alteratio aut secundum quantitatem et hoc dupliciter: aut est ad perfectam magnitudinem, et sic est augmentatio aut ad imperfectam, et sic diminutio.

Habere multis modis dicitur. Sed unde videtur, quod ipse contradicat sibi ipsi superius et hic similiter, quia superius
 25 dixit, quod nihil aliud est dicendum de ipsis, scilicet de quando et ubi et de positione et habitu quam quod dictum est superius. Sed hic dicit quod habere dicitur octo modis. Ergo et cetera.

Dicendum, quod non contradicit sibi ipsi, quia superius loquitur de habitu prout est genus generalissimum, hic vero loquitur
 30 de habere prout se habet ad genus primum.

Praeterea quaeritur, quare Aristoteles determinando de habere

20 alteratio] alternatio. quantitatem] qualitatem. hoc] hoc *add. et del.*

21 augmentatio] agmentatio.

1 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,289 B. Aristoteles Categ. 14 (15a 13). 1-2 Aristoteles Phys. V t. 7 (E c. 1 225a 12-18); V t. 8 (E c. 1 225a 32). 23 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,293 A. Aristoteles Categ. 15 (15b 17). 24 cf. p. 219,18 sq. 25 Boethius l. c. IV, PL 64,262 B. Aristoteles l. c. 10(11b 15-16).

non determinat de aliis omnibus praedicamentis sicut determinat de qualitate et quantitate. Primus enim modus eius, quod est habere, sumitur penes qualitatem et secundus <penes> quantitatem.

- 5 Ad hoc dico, quod Aristoteles sufficienter determinat de aliis praedicamentis determinando de habere ut in eorum antecedentibus sive ut in causa, quia habendo qualitatem habemus actionem et passionem; nascuntur enim ex naturali potentia vel impotentia. Et habendo quantitatem habemus quando et ubi; nascuntur
 10 enim a quantitate, quando scilicet a tempore, et ubi a loco. Et habendo ea, quae sunt circa corpus, habemus habitum, quia habitus est corporum et eorum et cetera. Et per consequens habemus relationem habendo habitum, quia habitus alicuius habitus dicitur. Et habendo membra ut manum vel pedem,
 15 habemus positionem quandam situs partium in suo toto.

12 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 7 n. 26 (A. Heysse 27, 12-14): Habitus autem est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia secundum quam <predicationem> dicuntur hec habere, illa vero haberi.

**QUAESTIONES
SUPER LIBRUM PERIHERMENEIAS**

Quaestio 1

Primum oportet constituere et cetera.

Quaestio est, utrum enuntiatio est subiectum huius scientiae.

Et arguitur, quod non.

5 1. Nam subiectum scientiae debet esse incorruptibile. Enun-
117 ^{ra} tiatio non est || huiusmodi. Ergo et cetera. Maior declaratur:
nam secundum Boethium in Arithmetica sua scientia est eorum,
quae sui substantiam impermutabilem sortiuntur. Minor decla-
ratur: nam enuntiatio est vox significativa. Vox autem in suo
10 fieri corrumpitur.

2. Item: subiectum scientiae debet esse quid commune prae-
dicabile de omnibus his, quae determinantur in scientia. Enun-
tatio non est huiusmodi. Nam nihil est dictum: nomen <est>
enuntiatio. Ergo et cetera.

15 3. Item: illud est subiectum libri, a quo intitulatur liber. Sed
ab interpretatione intitulatur iste liber. Ergo et cetera. Minor
declaratur: dicitur enim »Perihermeneias«, a »peri«, quod est »de«,
et »ermeneias«, quod est »interpretationis« quasi »liber de inter-
pretationis«. Graeci enim non habent ablativum, sed utuntur
20 genitivo pro ablativo.

Oppositum arguitur: illud est subiectum scientiae, quod per
se intenditur in ipsa et gratia cuius determinatur de omnibus
aliis et cui attribuuntur ut partes vel ut passiones et proprietates
partium omnia ea, quae determinantur in scientia. Sola enuntia-
25 tio est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum et concedo, quod enuntiatio est
hic subiectum sicut declarat ratio nunc dicta sufficienter, vel

19 ablativum] allativum. 20 ablativo] allativo. 27 declarat] declaratur.

2 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,3). Aristoteles *Peri herm.* c. 1 (16a 1). 7-8 Boethius *De institutione arithmetica* I c. 1 (ed. Friedlein 7,26-27).

sub alio nomine interpretatio. Nam secundum Boethium interpretatio prout hic sumitur nihil aliud est quam vox significativa per se, in qua est verum vel falsum. Per hoc, quod dicit significativa, excludit vocem non significativam. Per hoc, quod dicit per
 5 se, excludit omnes dictiones syncategorematicas, quae nihil significant finite per se. Per hoc, quod dicit in qua est verum vel falsum, excludit nomen et verbum, et per consequens omnia incompleta et similiter omnes alias species orationis perfectae ab enuntiatione, in quibus omnibus non significatur verum vel falsum.
 10 Relinquitur ergo, quod ista definitio interpretationis soli enuntiationi convenit, et sic enuntiationo vel interpretatio est subiectum huius scientiae.

Ad primam rationem in oppositum respondeo concedendo maiorem. Sed cum dicitur in minori, quod enuntiationo est corruptibilis, dicendum quod verum est, quod haec vel illa enuntiationo est corruptibilis prout cadit sub prolatione nostra. Cuius declaratio est, quia quod semel dicitur, et amplius non habet sumi. Enuntiationo tamen simpliciter non est corruptibilis et illi attribuitur ratio substantiae.

20 Ad secundum dicendum, cum dicitur quod subiectum debet esse commune praedicabile et cetera, dicendum quod non oportet, quod sit commune communicatae praedicationis, oportet tamen quod sit commune communicatae attributionis. Cuius declaratio est: nam corpus mobile, quod est subiectum naturalis scientiae,
 25 non praedicatur de omnibus et cetera. Similiter deus, <qui> est subiectum theologiae, non praedicatur de omnibus his, de quibus determinatur in theologia.

Ad tertiam rationem respondeo dicendo, quod non oportet, quod maior sit vera in proposito, tantum consideratur, eo quod
 30 illud, a quo intitulatur iste liber, scilicet interpretatio, est idem cum subiecto sibi, quod est enuntiationo.

3 verum] tantum. 14 Sed] *corr. ex sic.* 24 subiectum] a *add. et del.* 25 non] modo.

1-3 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* (ed. pr.) I c. 1 (ed. Meiser 32,11-12; 33,9-10). 5-6 Priscianus *Inst. gram.* II c. 4 n. 15 (ed. M. Hertz I 54,5 sq.). 17 Boethius *In categorias Aristotelis* II, PL 64,207 B. Aristoteles *Categ.* 6 (5a 34-35).

Quaestio 2

Quaestio est, utrum scientia huius libri distincta <est> a scientia libri Praedicamentorum et libri Priorum.

Et arguitur, quod non.

5 Pars et totum non debent habere scientias distinctas. Sed
 117 **rb** scientia huius || libri et Praedicamentorum se habent sicut pars
 et totum. Ergo et cetera. Maior declaratur: Nam sicut se habet
 aliquid <ad> esse, sic se habet ad scientiam. Sed subiectum libri
 Praedicamentorum se habet in ratione partis ad subiectum huius
 10 libri, et similiter subiectum huius libri se habet in ratione partis
 ad subiectum libri Priorum sicut patet omnibus. Ergo et cetera.

Ad oppositum: omnia illa, quae possunt habere considerationem distinctam, possunt habere rationes distinctas. Sed pars et totum sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

15 Ad quaestionem dicendum, quod scientia huius libri distincta est a scientia praedictorum librorum, sicut declarat ratio nunc dicta sufficienter.

Ad rationem in oppositum respondeo, cum dicitur pars et totum et cetera: dicendum quod duplex est pars, scilicet pars id
 20 quod est pars, et illa potest habere scientiam distinctam a suo toto, et pars in quantum pars et illa non habet et cetera. Iuxta quod intellige quod enuntiatio, propositio, conclusio, interrogatio sive quaestio sunt nomina alicuius eiusdem secundum rem, sed differunt in ratione. Nam enuntiatio est nomen orationis indicativae, prout ipsa non comparatur ad aliquam conclusionem. Sed
 25 propositio est nomen eiusdem prout est principium respectu conclusionis. Sed conclusio est nomen eiusdem prout in ratione principiati sive conclusi. Sed interrogatio vel quaestio sunt eiusdem nomina prout habent rationem dubitationis. Quaestio enim est
 30 per Boethium dubitabilis propositio. Ex hoc igitur patet, quod cum hoc nomen enuntiatio conveniat orationi indicativae, non in comparatione ad ipsum syllogismum, sed absolute quod scientia tradita de enuntiatione absolute potest absolvi a scientia

6 et] in. 22 enuntiatio] inuntiatio. interrogatio] interest primo.

tradita de syllogismo. Minor declaratur: nam secundum Aristotelem in libro Posteriorum de subiecto debemus supponere quid est et quia est. Maior patet de se.

Quaestio 3

5 Quaestio est, utrum oportet constituere, quid sit enuntiatio et nomen et verbum et cetera.

Et arguitur quod non.

Nam illud quod debet supponi in scientia, non oportet constitui. Sed subiectum cuiusvis partibus et speciebus debet sup-
10 poni. Ergo male dicit, quod oportet illa constituere.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod aliquid constituere con-
venit dupliciter: aut quantum ad esse et sic subiectum non debet
constitui, sed supponi quod ipsum sit, aut quantum ad cognitio-
15 nem, et sic subiectum, licet ipsum sit quantum ad esse, cum
tamen nobis sit ignotum, ideo oportet ipsum constituere quan-
tum ad cognitionem.

Ad rationem in oppositum respondeo, quod eo modo quo
supponitur non habet constitui, sed aliter. Nam supponitur quan-
20 tum ad esse, constituitur quantum ad cognitionem.

Quaestio 4

Quaestio est, utrum negatio praecedit affirmationem sicut innuitur in prima linea.

Et arguitur quod sic.

25 Nam prius est illud, a quo non convertitur consequentia sicut vult Aristoteles in libro Praedicamentorum. Sed negatio est huius-

9 debet] debent.

1-3 Aristoteles Post. Anal. I (A c. 1 70a 11 sq.) PL 713 A. Thomas In Post. Anal. I c. 1 lect. 2 n. 15: de subiecto oportet praecognoscere et quid est et quia est.

11 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,3). Aristoteles Peri herm. c. 1 (16a 1).

22-23 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,4): postea quid est negatio et affirmatio. Aristoteles Peri herm. c. 1 (16a 2). 25-26 Boethius In categorias Aristotelis IV, PL 64,284 C. Aristoteles Categ. 12 (14a 34-35).

modi. Ergo et cetera. Minor declaratur: nam sequitur est homo, ergo non est asinus, sed non convertitur.

117 va Oppositum arguitur: illud, || quod intelligitur in altero, prius est eo, in quo intelligitur. Sed affirmatio intelligitur in negatione.

5 Ergo et cetera.

Item: quod nulla sit prior altera. Arguitur sic: species dividentes idem genus sunt simul natura, sed affirmatio et negatio sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dicendum, quod dupliciter possumus loqui
10 de affirmatione et negatione: uno modo in ordine ad suum genus, et sic nulla est prior altera sicut ostendit ultima ratio. Alio modo in quantum constituuntur in esse per intellectum et sic intellectus dat eis ordinem et praeponit affirmationem negationi. Nam sicut intellectus non cognoscit privationem nisi prius cognoscat habi-
15 tum, sic non cognoscat negationem nisi per suum principium, quod est affirmatio.

Ad rationem in oppositum dicendum, cum dicitur, quod prius est illud a quo et cetera, dico, quod verum est aliquo modo prioritatis, quia communius est. Nam communius est non esse
20 asinum quam esse hominem, sed ratio deficit in hoc, quod non concludit sufficienter, quod negatio similiter sit prior affirmatione.

Ad illud, quod intelligitur in altero et cetera dico, quod verum est. Nam affirmatio materialiter intelligitur in negatione, et affirmatio et negatio fiunt circa eandem materiam, quia circa eosdem
25 terminos, vel affirmatio est obiectum circa quod habet fieri negatio.

Ultima ratio procedit sua via.

Quaestio 5

Quaestio est, utrum cuiuslibet negativae cognitio dependet ex
30 affirmatione.

Et arguitur, quod non.

Quoniam si sic, sequeretur, quod quaelibet negativa esset de-

13 affirmationem] affirmatione. 14 cognoscat] cognoscas. 18 dico] de quo.
19 esse] est. 22 illud] aliud. altero] aliud.

32 negativa] nagativa.

monstrabilis et nulla in necessitate vera. Consequens est impossibile. Ergo et antecedens. Declaratio maioris: nam illud, cuius cognitio dependet ex aliquo, demonstratur per illud, ex quo dependet sua cognitio. Impossibilitas consequentis patet per Aristotelem in libro Posteriorum, ponentem quasdam negativas per se veras et indemonstrabiles sicut affirmativas: sicut illae negativae, quarum subiectum et praedicatum non sunt in aliquo ut in toto ut nulla substantia est quantitas, nulla relatio est qualitas et cetera.

10 Oppositum arguitur: sicut se habet privatio et habitus ad intellectum apprehendentem, sic affirmatio et negatio ad intellectum componentem. Sed intellectus apprehendens per sui comparisonem non apprehendit privationem nisi per habitum. Ergo intellectus componens per sui comparisonem non cognoscit
15 negationem nisi per affirmationem, et sic eius cognitio dependet ex affirmativa.

Ad quaestionem dicendum, quod cognitio cuiuslibet negativae dependet ex affirmativa, non tamen ex affirmativa sibi opposita. Declaratio primi est: nam numquam sciatur, quid res
20 non est, nisi prius sciatur, quid res est. Et hoc vult Aristoteles et similiter Averroes in III. Metaphysicae, quando docet scire
117 vb quid res est et quid res non est, qualis || res est et qualis res non est, quanta res est et quanta res non est. Non enim scitur, quod hoc non est illud nisi prius sciatur quod hoc est hoc. Declaratio
25 secundi est: non enim oportet ad hoc, ut tu scias quid deus non est, quod tu scias quid deus est nec similiter oportet ad hoc, ut tu scias, quod corvus non est albus, quod tu prius scias corvum esse album. Nam negativa vera est et affirmativa falsa et cognitio veri non dependet ex falso, et sic reliquuntur duo in hac
30 solutione, scilicet quod cognitio cuiuslibet negativae dependet ex affirmativa, non tamen ex affirmativa sibi opposita.

19 numquam] nunquam. 22 et²] *superscr.*

4-9 Aristoteles Post. Anal. I (A c. 15 79b 12-20) PL 64,727 B sq. Thomas In Post. Anal. I c. 15 lect. 26 n. 220: ostendit quomodo propositio negativa sit immediata dicens quod, si neutrum sit in toto aliquo, scilicet, neque A neque B; et tamen A non sit in B, necesse est quod haec sit immediata, nullum B est A. 20-23 Aristoteles Met. III t. 3 (B c. 2 996b 15 sq.). Averroes l. c.

Ad rationem in oppositum respondeo interimendo primam consequentiam et tunc ad probationem consequentiae respondeo, cum dicitur illud, cuius cognitio dependet ex aliquo, demonstratur per illud, dicendum quod verum est, si simul cum affirmativa
 5 praecedit eam aliqua negativa. Non enim oportet, quod quaelibet negativa sit demonstrabilis per illam affirmativam, ex qua dependet sua cognitio, nisi habeat negativam priorem se. Nam nulla negativa demonstrative syllogizatur ex sola affirmativa. Concluditur tamen ex affirmativa et aliqua negativa praecedente.
 10 Ratio ad oppositum procedit sua via.

Quaestio 6

Quaestio est, utrum ea quae sunt in voce sunt signa passionum, quae sunt in anima.

Et arguitur quod non.

15 Nam res signatae non sunt signa passionum, sed ea, quae sunt in voce, sunt res. Ergo et cetera. Maior determinatur: nam signatum non habet intentionem signi. Minor determinatur: nam nihil signatur per voces nisi res.

Oppositum patet per auctorem in littera.

20 Ad quaestionem dico quod cum dicitur, ea quae sunt in voce et cetera, intellige, quod loquitur auctor partitive et debet glossari: quaedam voces et non quaelibet. Iuxta quod sciendum est, quod aliquid esse in voce dicitur dupliciter: aut sicut inferius in suo superiori, et sic voces particulares sunt in voce communi
 25 et ea, quae sunt sic in voce, sunt signa passionum in anima. Alio modo sicut signatum in signo, et sic res et signata per vocem est in voce, et tale non potest esse signum passionum in anima.

Per hoc patet responsio ad rationem. Et nota quod passio in hoc loco est dispositio derelicta in passo ex impressione principii agentis, et quia res per suas species agunt in animam imprimendo suam cognitionem.
 30

4 cum] est. 5 praecedit] causam *add. et del.* 6 negativa] negativum.

15 signa] signata. 18 per] rationes *add. et del.* 26 sicut] ñ *add. et del.* signo] signato. 29 passo] passio.

19 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,5-6). Aristoteles *Peri herm.* c. 1 (16a 3-4).

Quaestio 7

Quaestio est, utrum voces primo significant passionem in anima aut res extra animam.

Et arguitur quod non res extra animam.

5 Nam genus, species, differentia, hircocervus, chimaera sunt voces significativae et tamen non significant res extra animam. Ergo et cetera.

Oppositum patet per Boethium qui dicit, quod intellectus
118 *ra* rebus, quas vidit nomen || imponit. Sed res, quas vidit, sunt
10 extra animam. Ergo et cetera. Declaratio minoris: ex apprehensione huius vocis asinus statim cognoscitur res extra.

Ad quaestionem dicendum, quod verum est voces esse significativas. Et causa huius est, quod homo non est animal solitarium, sed politicum pro tanto, quod aliis convivit. Sed qui debent
15 sibi invicem convivere, oportet eos in aliquo signo generali communicare, per quod conceptus suos sibi mutuo repraesentent et illud signum est vox. Ergo et cetera.

Similiter necesse est litteras esse signa vocum. Nam homo non solum utitur cognitione sensitiva, quae fit per vocem, quia apprehendit aliquid sub hic et nunc et ut praesens est. Sed aliquando
20 vult conceptum suum exprimere aliquibus ut futura sunt et absentia, et ideo oportet ipsum habere aliquod signum, per quod signatum potest hoc facere. Sed illud non potest esse vox, cum sit de genere praesentium. Oportet igitur quod litterae sunt signa vo-
25 cum.

Dicendum ergo quod extendendo hoc nomen res triplicem habet gradum. Nam quaedam res sunt, quae habent esse intellectum solum, sicut res designatae per haec vocabula chimaera, hircocervus, genus, species et cetera. Quedam aliae res sunt,
30 quae cadunt etiam in anima. Et sunt res extra animam ut lignum, lapis et huiusmodi. Dico igitur ad quaestionem, quam supra

5 cervus] *corr. ex circus.* 10 minoris] *es add.* 14 convivit] *convivet.*
17 signum] *signatum.* 20 nunc] *non.* 22 signum] *signatum.* 23 hoc] *hic.*
24 praesentium] *sentium.* sunt] *sint.* 28 chimaera] *symera.* 31 quam] *quod.*

8-9 Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,159 A: Rebus praeiacentibus, et in propria principaliter naturae constitutione manentibus, humanum solum genus existit, quod rebus nomina posset imponere. 29-30 *scilicet ut species intelligibiles.* Cf. p. 132,19 sq. 31 cf. p. 242,3.

quaerat de re, <si de re> primo modo, sic vox significat passionem in anima intra, quod nihil extra; si de re secundo modo, sic vox <nihil> significat, cum nulla sit impositio vocis ad rem illam. Si de re tertio modo, sic dico quod vox significat et passionem in
 5 anima et rem extra animam, per prius tamen est significatum passionis. Cuius probatio patet ex IV. Metaphysicae, ubi dicitur, quod voces non imponuntur rebus nisi secundum quod habent esse imaginatum in intellectu. Ergo per prius significant pas-
 siones.

10 Per hoc patet responsio ad rationes. Nam quaelibet procedit via sua.

Quaestio 8

Quaestio est, utrum omnis vox sit significativa.

Et arguitur, quod sic.

15 1. Omne, quod profertur cum imagine significandi, est significatum. Sed quaelibet vox est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minorem scribit Aristoteles in II. De anima.

2. Item: omne quod est signum alicuius significat aliquid. Quaelibet vox est huiusmodi. Ergo et cetera.

20 Oppositum arguitur: quaedam sunt voces illitteratae animalium imperfectorum, et quaedam sunt illitteratae perfectorum animalium. Sed ultimae sunt significativae. Ergo per oppositum primae erunt non significativae.

Ad quaestionem dicendum, quod significare accipitur dupli-
 25 citer, scilicet proprie et extensive. Primo modo significare est aliquid intellectum repraesentare. Nam significare est intellectum alii constituere et hoc modo oportet, quod significatum sit aliud a signo. Secundo modo significare est se ipsum repraesentare et

118 rb sic non || differt significatum a signo.

30 Per hoc patet responsio ad omnia.

18 aliquid] aliqui. 29 differt] diffet. signo] significato.

6-8 Aristoteles Met. IV t. 10 (Γ c. 4 1006b 5). Thomas In Met. V c. 4 lect. 5 n. 824: Nomina enim imponuntur a nobis secundum quod nos intelligimus, quia nomina sunt intellectuum signa.

15 Albertus M. In Peri herm. I tract. II c. 1: vox est sonus ab ore animalis cum imagine alicuius significationis prolatus. Averroes De an. II c. 90 (Venetiis 1483) fol. 32rb: vox est sonus qui fit cum imaginatione et voluntate . . et ideo vox est sonus illius primi, id est volentis. 17 Aristoteles De an. II t. 90 (B c. 8 420b 30).

Quaestio 9

Quaestio est, utrum voces sunt eadem apud omnes.

Et arguitur, quod sic.

Res sunt eadem apud omnes. Sed voces sunt quaedam res.
Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem.

Ad quaestionem dicendum, quod voces secundum se sunt eadem in specie apud omnes. Sed in quantum sunt significativae, non sunt eadem apud omnes. Primum declaratur: nam effectus, cuius principia effectiva sunt eadem apud omnes, erit idem apud omnes. Sed vox est huiusmodi. Ergo et cetera. Secundum declaratur: nam vox secundum unam gentem imponitur alicui conceptui, apud aliam vero imponitur alii.

Per hoc patet responsio ad rationes.

15

Quaestio 10

Quaestio est, utrum passiones in anima sunt eadem apud omnes.

Et arguitur, quod non.

Nam accidens variatur ad variationem subiecti. Sed passiones sunt in anima sicut in subiecto, et animae non sunt eadem apud omnes. Ergo nec passiones.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dicendum, quod passiones animae sunt eadem in specie apud omnes, et non in numero. Primum declaratur: nam passio, sicut dictum est, est dispositio derelicta in passo ex impressione principii agentis. Cum igitur res per suam speciem agant in animam imprimendo suam cognitionem in ipsam, et illa impressio <sit dispositio derelicta in passo>, tunc oportet, cum res imprimentes sunt eadem in specie apud omnes, quod passiones sunt eadem <in> specie apud omnes.

2 eadem] eadem. 4 eadem] eadem. 8 eadem] eodem. 9 eadem] eadem.
20 eadem] heedem. 25 passo] *corr. ex* passio. 28 oportet] quod *add.*

6 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,8). Aristoteles Peri herm. c. 1 (16a 5).

22 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,9-10). Aristoteles Peri herm. c. 1 (16a 6-7). 25 cf. p. 241,29-30.

Item: effectus in specie est idem apud omnes, cuius principia effectiva sunt eadem in specie apud omnes. Sed passio est effectus, res autem ipsae et animae rationales sunt principia effectiva, et illa sunt eadem apud omnes. Ergo et cetera.

5 Secundum declaratur sic: nam accidens accipit numerum a subiecto. Sed animae rationales, quae sunt subiecta passionum, non sunt eadem numero apud omnes, et sic nec passiones et cetera.

Per hoc patet responsio ad o b i e c t a . Procedunt enim via sua.

10

Quaestio 11

Quaestio est, utrum quidam intellectus est aliquando cum vero, et aliquando cum falso.

Et arguitur, quod non.

1. Nam quod semper verum, non est quandocumque cum vero
15 quandocumque cum falso. Sed intellectus est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet. Minor declaratur: nam secundum Aristotelem in libro Posteriorum et libro De anima intellectus solum verorum est.

2. Item: omne quod est, verum <est>. Nam ens et verum con-
20 vertuntur. Sed intellectus est. Ergo semper est cum vero.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dico, quod duplex est verum, scilicet verum incomplexum et verum complexum. Primum verum convertitur cum ente. Nam unumquodque in quantum habet de entitate,
118 va tantum || de veritate. Verum complexum est dispositio intellectus, sub qua refert unum ad aliud componendo vel separat unum ab alio dividendo, et talis intellectus sic se habet, quod quando

7 eadem] eadem.

11 quidam] quaedam. 15 quandocumque] cumque. 20 Ergo] et cetera
add. et del. 24 unumquodque] unumquoque. 27 dividendo] devidendo.

16-18 Aristoteles Post. Anal. II (B c. 19 100b 5-8) PL 64,762 A. De an. III t. 26 (Γ c. 6 430b 27-28). 19 Aristoteles Met. II t. 4 (α c. 1 993b 26 sq.). Met. V t. 14 (Δ c. 7 1017a 31 sq.). 21 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,12-14). Aristoteles Peri herm. c. 1 (16a 9-11). 24-25 Aristoteles Met. II t. 4 (α c. 1 993b 30-31).

refert rem aliquam ad aliam, cum qua convenit, sicut hominem ad animal, vel quando separat rem a re, cum qua non convenit, sic est verus. Sed quando facit e converso, sic est falsus. Per hoc patet responsio ad quaestionem.

- 5 Ad rationes reponio: cum dicitur quod semper verum, non est et cetera: concedo maiorem. Sed cum dicit in minori, quod intellectus est huiusmodi, dico, quod ratio deficit multipliciter, tum quia procedit de intellectu incomplexo, tum quia aequivoce loquitur de intellectu, cum dicit quod intellectus solum verorum
10 est. Nam intellectus multis modis accipitur: uno modo, scilicet pro substantia intellectiva animae, alio modo pro eius virtute, alio modo pro eius operatione, alio modo pro habitu principiorum. Unde auctoritas Aristotelis in libro Posteriorum intelligitur de intellectu ultimo modo dicto.
- 15 Ad secundam respondeo dicendo quod ipsa procedit de intellectu incomplexo.

Quaestio 12

Quaestio est, utrum eadem compositio in numero est in affirmativa et in negativa.

- 20 Et arguitur, quod non.

Nam quae sunt diversa in specie, non habent formam unam numero ut homo et asinus. Sed affirmatio et negatio sunt diversae species propositionis. Compositio est autem forma. Ergo non utrobique <eadem> compositio numero.

- 25 Oppositum arguitur. Nam quaelibet contradictio facit contraria idem numero. Sed inter affirmationem et negationem sumitur contradictio. Ergo affirmatio et negatio habent eandem compositionem numero.

- Ad quaestionem dico, quod certum est, quod quaestio nostra
30 non est de compositione, quae est actio intellectus, qua componit unum cum altero. Nam talis compositio solum est in affirmativa. Sed tantummodo quaerit de illa compositione, quae est modus intelligendi et datus verbo pro modo significandi, et de tali dico,

5-6 verum non est] est est verum. 6 maiorem] maiorerem. 12 habitu] habita.
13 auctoritas] actualitas. 15 ipsa] ipse.

33 et¹] verbo *add.*

quod ipsa est eadem numero affirmativa et negativa, cuius declaratio patet per rationem inductam ad oppositum.

Ad primam rationem respondeo et concedo totum argumentum usque illum locum, in quo dicit, quod compositio est forma; et tunc interimo: istud notat illud, quod est ens aggregatum, sive in quo non est forma. Compositio est huiusmodi et ideo et cetera.

Quaestio 13

Quaestio est, in quo est veritas ut in subiecto.

10 Et arguitur, quod in rebus.

1. Nam falsitas est in rebus. Ergo et veritas. Contraria enim nata sunt fieri circa idem. Probatio antecedentis: falsitas enim consistit in hoc, quod aliqua res appareat esse talis, qualis ipsa non est sicut patet in denario stanneo. Sed illud frequenter
15 invenitur in rebus. Ergo et cetera.

2. Item: ab eo, quod res est vel non est, dicitur oratio vera vel falsa. Ergo verum <est> in rebus ut in subiecto.

Item: quod sit in oratione, arguitur.

118 vb Nam || in principio huius dicitur, quod circa compositionem
20 et divisionem est veritas et falsitas. Sed compositio et divisio fit in oratione. Ergo et cetera.

Item: quod sit in intellectu, arguitur.

Nam veritas in hoc consistit, sicut dictum est, quod aliquid referatur ad aliud, cum quo convenit, componendo, vel removeatur ab eo, cum quo non convenit, dividendo. Ergo verum erit in
25 illo tamquam in subiecto, cuius est unum sic referre ad aliud. Sed solus intellectus est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad quaestionem dico, quod verum et similiter falsum sunt in intellectu ut in subiecto. Cuius declaratio patet per rationem
30 nunc dictam. Unde Aristoteles dicit in VI. Metaphysicae, quod verum et falsum non sunt in rebus sicut bonum et malum.

Iuxta quod intellige, quod plures sunt modi essendi in. Et in proposito tres: nam verum <et> falsum sunt in rebus sicut effectus

10 in rebus] viribus. 13 aliqua res] in aliqua re. 20 divisio] non add. 21 oratione] corr. ex oratione. 30 VI.] tertio. 32 modi] in amni.

19-20 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,16-17). Aristotelis *Peri herm.* c. 1 (16a 12-13). 23 cf. p. 245,25-27. 30-31 Aristoteles *Met.* VI t. 8 (E c. 4 1027b 25-27).

in causa; in oratione autem sicut signatum in signo; in intellectu vero sicut accidens in subiecto. Per hoc patet responsio ad quaestionem.

Ad primam rationem respondeo, cum dicis, quod falsitas
5 <est> in rebus, ergo et veritas: interimo primam. Nam falsitas non est absolute in rebus, quoniam quaelibet res in se et absolute considerata est talis, qualis apparet esse. Sed aliquando accidit falsitatem esse in rebus prout cadunt sub iudicio nostro. Cuius declaratio est: nam denarius stamneus, in quantum cadit sub
10 iudicio nostro, non est talis, qualis apparet esse. Nam apparet esse argenteus, non tamen est hoc, sed aliud.

Aliae rationes procedunt via sua.

Quaestio 14

Quaestio est, utrum pertineat ad logicum considerare veri-
15 tatem et falsitatem.

Et arguitur, quod non.

1. Cuius non est considerare causam, nec eius effectum. Sed res sunt causae veritatis et falsitatis. Logici autem non est considerare res. Ergo et cetera.

20 2. Item: cuius non est considerare principia propria et immediata alicuius passionis, nec passionem. Sed principia propria et immediata veri et falsi sunt ipsae res. Et logici non est considerare principia. Ergo et cetera.

3. Item: logici tantummodo <est> considerare modum sciendi.
25 Igitur sine quo potest stare modus sciendi, sine illo potest stare logicus. Sed modus sciendi potest stare sine omni veritate in terminis specialibus. Ergo et logicus poterit stare sine veritate et falsitate.

Oppositum arguitur: sicut se habet congruum et incongruum
30 ad grammaticum, sic verum et falsum ad logicum. Et patet ratio. Item: cuius est considerare subiectum et praedicatum, in quorum compositione vel divisione consistit verum et falsum, eius est considerare verum vel falsum. Sed logici est considerare subiectum et praedicatum. Ergo et cetera.

5 ergo] genus. 11 sed] ad.

23 principia] trinam. 24 sciendi] significandi.

Ad istam quaestionem dico tria: primum est, quod logicus in terminis propriis proprie habet considerare verum et falsum. Declaratio huius est: nam cuius est considerare terminos, eius est considerare veritatem et falsitatem in eis. Sed solius logici est
 5 considerare terminos proprios logices. Nam ad ipsum solum spec-
 119 ra tat considerare tres terminos, ex quibus constituitur || syllogis-
 mus, et ideo ad ipsum solum spectat considerare veritatem et
 falsitatem, quae resultant ex collectione illorum terminorum ad
 invicem.

10 Item: illud verum vel falsum, quod a nullo consideraretur, si
 logicus non fuisset, spectat ad logicum. Sed veritas et falsitas in
 propriis terminis logices sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Secundum dico, quod logicus extra terminos proprios habet
 considerare verum et falsum secundum communem rationem veri
 15 et falsi. Declaratio huius patet per Aristotelem in Topicis, qui
 dicit, quod logica ad omnia methodorum principia viam habet. Sed
 hoc non est per principia propria. Ergo per principia communia.

Tertio dico, quod logicus extra proprios terminos non habet
 considerare verum et falsum secundum proprias rationes eorum.
 20 Cuius declaratio est: nam veritas et falsitas causantur ex rebus
 tamquam ex propriis et immediatis principiis. Sed logici non est
 considerare res ipsas nec principia rerum. Igitur planum est, quod
 ipsius non erit considerare verum et falsum extra proprios termi-
 nos secundum propriam rationem veri et falsi. Unde sciendum
 25 est, quod si quaeratur, utrum oratio sit congrua vel incongrua,
 hoc pertinet ad grammaticum; si vera vel falsa, ad logicum.
 Similiter si quaeratur, utrum linea habeat magnitudinem, spectat
 ad mathematicum. Et sic patet, quod in propriis terminis quilibet
 artifex proprie habet considerare veritatem et falsitatem.

30 Per hoc patet responsio ad rationes.

Quaestio 15

Quaestio est, utrum circa omnem compositionem et divisionem
 est veritas et falsitas. Et item quaeritur, utrum circa solam com-
 positionem et divisionem est veritas et falsitas.

7 considerare] et siderare. 16 methodorum] metadorum. habet] habens.

15-16 Aristoteles Topic. I (A c. 2 101b 3-4) PL 64,911 D.

Et quod non circa omnem compositionem, arguitur primo.

Nam dicendo chimaera est chimaera vel utinam essem bonus clericus vel me legere: in his omnibus est compositio aliqua, quam facit intellectus. Tamen circa illa non est veritas neque falsitas.
5 Ergo et cetera.

Item arguitur de secundo, quod non circa solam et cetera.

1. Quoniam si sic, tunc in nullo alio inveniretur verum. Consequens est falsum. Ergo vera antecedens. Falsitas consequentis probatur per Aristotelem II. *Metaphysicae*, V. similiter, qui dicit,
10 quod in omni ente reperitur verum. Nam ens <et> verum convertuntur.

2. Item: circa intellectum primi est veritas, non tamen componendo vel dividendo. Ergo non circa solam compositionem et cetera.

15 3. Item: sensus prior est visus, non tamen est componens vel dividens. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad istas duas quaestiones dicendum est simul, in prius tamen intellige, quod quando intellectus est verus, quando falsus,
20 patet superius, quando quaerebatur, utrum quidam intellectus est aliquando cum vero, aliquando cum falso. Dico ergo ad primam quod circa omnem compositionem et divisionem est veritas et falsitas, dummodo ibi fit assertio vel deassertio.

Sed cum quaeritur secundo, utrum circa solam et cetera, dicendum || sicut vult Aristoteles VI. *Ethicorum*, quod verum est
119 rb bonum intellectus. Nam veritas est dispositio intellectus, secundum quam assimilatur rei. Cum ergo verum sit bonum intellec-

6 de secundo quod] quod de secundo. 13 dividendo] deidendo. 20 quidam] quaedam. 21-22 primam] illa. 23 dummodo] de modo.

9-10 Aristoteles *Met.* II t. 4 (α c. 1 993b 26 sq.); V t. 14 (Δ c. 7 1017a 31 sq.).
17 Boethius *Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,16-17). Aristoteles *Peri herm.* c. 1 (16a 12-13). 20 cf. p. 245,10 sq. 25-26 Aristoteles *Ethica Nic.* VI, 2 (Z c. 2 1139a 27). Thomas *In Ethic.* VI c. 3 lect. 3 n. 1143: falsum, quod est malum intellectus, sicut verum est bonum intellectus.
26-27 Avicenna *Met.* I c. 9 (Venetiis 1508) fol. 74r a-b: veritas intelligitur . . . dispositio dictionis vel intellectus qui signat dispositionem in re exteriori cum est ei aequalis. Dicens enim hoc dictio est vera et haec sententia est vera . . . Veritas autem quae adaequatur rei illa est certa; sed est certa ut puto respectu suae comparationis ad rem. Et est veritas respectu comparationis rei ad ipsam.

tus, nihil erit verum nisi in comparatione ad intellectum. Sed aliquid comparatur ad intellectum tripliciter: uno modo sic<ut> signum ad signatum, et sic oratio vera comparatur ad intellectum. Nam oratio, in eo quod vera, signum est veritatis in intel-
 5 lectu. Alio modo sicut mensura ad mensuratum, et sic res ipsae, <quae> imprimunt per suam speciem suam cognitionem in animam, comparantur ad intellectum. Res enim ipsae per Aristotelem tantum habent de veritate, quantum de entitate. Tertio modo sicut mensuratum ad mensuram, et sic omne, quod factum
 10 est ab intellectu, dicitur esse verum logicum <in quantum> attingit rationem artis, per quam factum erat, et sic dicitur arca esse vera et cultellus et aurichalcum et huiusmodi in quantum attingunt et cetera.

Unde ad propositum dico, quod verum potest esse in aliquo ut
 15 in cognoscente et iudicante, et sic solum est intellectum. Nam solus intellectus cognoscit et iudicat conformitatem habitudinis suae ad rem ipsam. Et sic loquendo de vero est tantummodo circa compositionem et divisionem, quae fit ab intellectu. Nam etsi res verae sint et similiter sensus proprius, non tamen veritas
 20 est in eis ut in cognoscentibus et iudicantibus.

Per hoc patet responsio ad rationes. Nam cum dicit primo chimaera est chimaera, hic est compositio concedo. Sed cum dicit postea, quod hic non est veritas, interim dico, quod licet non sit hic veritas modo quo est veritas in compositione rerum
 25 existentium extra animam, est tamen hic veritas modo quo est veritas in compositione rerum, quae habent esse solum secundum apprehensionem intellectus. Sed cum arguitur ulterius ut<inam> esse bonus clericus vel me legere, concedo, quod hic est compositio facta secundum intellectum, non <tamen> est veritas vel
 30 falsitas, cum non sit assertio vel deassertio.

Sed cum quaeris, utrum circa solam compositionem et divisionem, dicendum, quod veritas vel falsitas existens in aliquo ut in cognoscente <vel> iudicante habet esse circa solam compositionem et divisionem factam ab intellectu. Sed cum tu arguis,
 35 quod non, dicendo quod si sic, tunc inveniretur veritas in aliis

31 divisionem] esse. 32 existens] extras. ut] nec.

rebus, dicendum quod veritas, quae consistit in iudicio intellectus, in nullo alio invenitur nisi in sola compositione et divisione facta ab intellectu.

Ad aliud quod tu arguis de intellectu primi, dicendum, quod
 5 obiectio non habet locum in proposito. Nam Aristoteles non loquitur hic de intellectu divino, qui intelligit composita in-
 positionaliter, sed de intellectu humano, qui potest esse aliquando
 119 va compositus, aliquando || simplex. Unde Aristoteles in XI. Meta-
 physicae dicit, quod sicut intellectus noster intelligit materialia
 10 immaterialiter, sic intellectus primi intelligit composita im-
 positionaliter.

Ad illud, quod tu dicis ultimo, quod prior est visus et cetera, dicendum, quod non est veritas in sensu, sed in cognoscente (et) iudicante et cetera.

15

Quaestio 16

Quaestio est, utrum cuilibet compositioni intellectus respondeat aliqua compositio in re extra.

Et arguitur, quod non.

Nam hic est compositio, quam facit intellectus: thunnus est
 20 chimaera, cervus est hircocervus et homo est universale, et tamen eis non respondet aliqua compositio extra in rebus. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur per Boethium dicentem, quod veritas est adaequatio rerum et intellectuum. Ergo cuilibet compositioni secundum intellectum et cetera.

25 Item: quodcumque aliquid est factum per intellectum, si compositio invenitur apud intellectum et oportet quod intellectus adaequatur rei, necesse est, quod compositio inveniatur in rebus. Ergo cuilibet compositioni secundum intellectum et cetera.

5 obiectio] abiectio. 8 aliquando] compositus aliquando *add.* 10 immaterialiter] et materialiter. 13 sed] nec.

19 thunnus] thunnes. 20 chimaera] hircocervus *add. et del.* 21 compositio] expositio.

8-11 Aristoteles Met. XI t. 51 (Λ c. 9 1075a 5-10).

22-23 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* (ed. sec.) I c. 1 (ed. Meiser 45,33-46,2): veritas est, quotiens ex subiecta re capitur imaginatio vel etiam quotiens ita, ut sese res habet, imaginationem accipit intellectus. Thomas De ver. q. 1 a. 1. S. theol I q. 16 a. 2.

Ad quaestionem dico, quod intellectus facit compositionem rerum dupliciter, sicut res inveniuntur dupliciter. Nam quaedam res sunt, quae habent esse, etiam etsi intellectus non sit, et compositioni factae ab intellectu de talibus rebus respondet aliqua
 5 compositio extra in rebus. Nam talis compositio est adaequatio rerum et intellectuum. Quaedam autem aliae sunt res, quae non habent esse nisi per conceptionem et apprehensionem animae ut hircocervus, chimaera; et compositioni factae ab intellectu de istis rebus non oportet, quod respondeat compositio in rebus
 10 extra, sed sufficit sola apprehensio, dummodo non sit repugnans intellectui.

Per hoc solvuntur rationes ex utraque parte.

Quaestio 17

Quaestio est, utrum ad logicum pertinet determinare de nomine.
 15 Et arguitur, quod non.

Nam scibile grammaticum non pertinet ad logicum. Et patet ratio.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Quaestio 18

20 Quaestio est, utrum <nomen> est vox.

Et arguitur, quod non.

1. Nam pars materialis alicuius non praedicatur de eo, cuius est pars. <Vox est huiusmodi>. Et patet ratio.

2. Item: nihil debet poni in definitione alicuius nisi quod ei
 25 est essentialis. Ergo nihil debet poni in definitione alicuius artificialis nisi quod ei sit et cetera. Sed vox, cum sit res naturalis, non est essentialis nomini. Ergo et cetera. Nomen est enim quoddam artificiale.

Oppositum patet per auctorem in littera.

27 quoddam] quaedam.

18 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 1 (ed. Meiser 3,3). Aristoteles *Peri herm.* c. 1 (16a 1).

29 Boethius l. c. c. 1 (ed. Meiser 4,5). Aristoteles l. c. c. 2 (16a 19).

Quaestio 19

Quaestio est, utrum nomen est vox significativa ad placitum.

Et arguitur, quod non.

Nam omne, quod significat ad placitum, potest cadere a suo
 5 significato. Sed <nomen> non potest cadere a suo significato. Ergo
 et cetera. Maior patet. Nam placitum et voluntas possunt valere
 119 vb ad opposita. Minor patet per Petrum Heliae, || qui dicit, quod
 naturale nomini est significare. Sed nihil potest cadere extra
 suam naturam. Ergo et cetera.

10

Quaestio 20

Quaestio est, utrum partes nominis compositi separate aliquid
 significant.

Et arguitur, quod sic.

Nam illud, quod cum alio componente dat dictioni compositae
 15 significationem, prius habuit in se significationem. Declaratio
 huius est: nam quod in se non habuit, alii dare non potuit. Sed
 una pars dictionis compositae adiuncta cum alia dat significa-
 tionem toti. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem in littera.

20 Ad primam quaestionem (qu. 17) dicendum est, quod ad
 logicum pertinet et cetera. Cuius ratio est: nam ad logicum per-
 tinet determinare de omni eo, cui applicata est ratio logica. Sed
 nomen et verbum sunt huiusmodi. Potest enim eis applicari ratio
 subicibilis et praedicabilis, et iterum sunt instrumenta, super
 25 quae fundatur modus sciendi logici, et quia eiusdem est con-
 siderare formam et rationem et illud super quod fundatur, licet
 non aequae proprie, ideo et cetera.

Ad rationem dico: cum dicitur, quod scibile grammaticum et
 cetera dicendum, quod non est inconueniens diversos philosophos
 30 determinare de eodem secundum diversas oppositiones. Nam
 grammaticus considerat nomen et verbum, prout habent modum

15 in se] *superscr.* 25 logic] logicus.

2 Boethius l. c. c. 1 (ed. Meiser 4,5). Aristoteles l. c. c. 2 (16a 19). 7-8 Petrus Heliae Commentum super Priscianum (München, Bayerische Staatsbibliothek, Cl 3115 fol. 18r): proprium est nominis significare substantiam et qualitatem. Priscianus Instit. gram. II c. 4 n. 18 (ed. M. Hertz I 55,6).

19 Boethius l. c. c. 2 (ed. Meiser 4,11-12). Aristoteles l. c. c. 2 (16a 24-25).

significandi, qui est principium constructionis congruae vel incongruae; logicus autem, in quantum eis est applicabilis ratio subiectibilis vel praedicabilis et cetera.

Ad secundam quaestionem (qu. 18) dico concedendo, quod
5 bene dicitur nomen est vox.

Ad cuius declarationem induco duo: primum est, quod omne artificiale fundatur supra aliquod naturale sicut accidens supra subiectum. Declaratio huius est: nam arca, in quantum attingit rationem artis hoc est dictu quantum ad suam insitionem et
10 purgationem, quae fit per artificium, fundatur supra rem naturae, quod est <verum> logicum vel aliquod huiusmodi. Secundum est, quod dico, quod in definitione accidentis in concreto debet poni suum subiectum in abstracto, quod confirmatur per Aristotelem, qui dicit in *Metaphysica*, quod definitio accidentis sit
15 additamentum. Propter hoc respondeo ad propositum dicendo, quod nomen, in quantum est artificiale, est accidens, fundatur supra aliquod naturale subiectum, quod est vox et quia subiectum necesse est poni in definitione accidentis, ideo est, quod in definitione nominis ponitur vox.

20 Ad rationes in contrarium respondeo, cum dicit primo quod pars materialis et cetera, concedo. Sed quando dici<t> ulterius, quod vox est huiusmodi, interimo. Vox enim in proposito non habet rationem partis materialis, sed rationem generis.

Ad secundam rationem respondeo, cum dicit, quod nihil
120 ra debet poni in definitione et cetera, dico in proposito, || quod duplex est definitio, scilicet substantiae et accidentis. Ratio procedit de prima definitione. Nam sola substantia proprie definitur, nec aliquid ingreditur suam definitionem, scilicet alterius praedicamenti, quod falsum est de definitione accidentis. Nam
30 subiectum potest ingredi eius definitionem, et tamen non indicat eius essentiam.

Ad tertiam quaestionem (qu. 19) dicendum, quod nomen significat ad placitum. Cuius declaratio est: nam omne, quod

13 quod] aliud.

8-11 Cf. p. 251, 10-13. 13-15 Aristoteles *Met.* VII t. 19 (Z c. 5 1031a 2-3). 32-33 Boethius *Commentarii in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας* c. 2 (ed. Meiser 4,5-6). Aristoteles *Peri herm.* c. 2 (16a 19).

significat ex impositione hominum sicut ad placitum, cum illius impositionis principium sit voluntas et huic concordat Averroes in Commento suo dicens, quod impositio hominum ad significandum est <voluntas> hominum, et sic relinquitur idem quod prius.

- 5 Ad rationem in oppositum respondeo, cum dicit, quod si nomen significat ad placitum, cadit a suo significato. Ad illud dico duo: primum est, quod omnis vox significativa potest cadere a suo significato. Secundum est, quod non oportet, quod vox cadat a suo significato propter cadentiam rei a sua existentia.
- 10 Declaratio primi est: nam omne, quod habet causam variabilem, ipsum potest esse variabile. Nam quaelibet causa suam naturam influit in suum effectum. Si impositio vocis ad significandum sit ex concordia hominum, possibile est, quod fiat destitutio vocis a suo significato. Declaratio secundi est: nam a quocumque non
- 15 dependet intellectus in intelligendo significatum vocis, ab eodem similiter non dependet significatum vocis. Sed intellectus in intelligendo non dependet ab existentia rerum. Ergo nec significatum vocis dependet ab eodem.

Iterum: illa non debent simul transmutari, quorum non est
20 idem transmutans. Sed praedicta sunt huiusmodi. Nam voluntas sive concordia hominum est principium transmutandi vocem a sua significatione. Natura vero est principium transmutandi rem a sua existentia, et ideo non est simile.

Ad rationem in oppositum dico concedendo maiorem. Sed
25 cum dicit in minori, quod nomen non potest, dico quod verum est <si i>dem ipsum maneat significatum sicut substantia inquantum manet, non cadit a sua natura, inquantum tamen per principia suae corruptionis non manet, cadit a sua natura. Similiter potest esse dicendum de nomine. Nam sicut ex concordia signi-
30 ficat, ita ex eadem potest destitui a suo significato.

15 intellectus] intellectos. 16 similiter] cimi. non] no. 18 dependet] *corr.* ex dependen.

1-3 Boethius Introductio ad syllogismos categoricos PL 64,763 A: Secundum placitum vero adiunctum est, quoniam nullum nomen natura significat, sed secundum placitum ponentis constituentisque voluntatem. Albertus M. In Peri herm. I tract. II c. 4: ad placitum, hoc est ad voluntatem instituentis. 3-4 Johannes Dacus Summa Gramatica (Corpus philosophorum danicorum medii aevi, ed. A. Otto) I, 1 p. 106,19-22: propter quod dicitur vox esse significativa

Ad ultimam quaestionem (qu. 20) dico, quod partes nominis compositi in quantum huiusmodi nihil significant. Cuius declaratio est: nam omne compositum ad repraesentandum simplicem conceptum mentis, si totum significat illud, ad quod est
 5 impositum, nec pars eius significabit idem nec partem illius. Nam
 120 ^{rb} non fit impositio partis ad partem nec ad totum, || sed totius nominis compositi impositio fit ad repraesentandum totum simplicem mentis conceptum. Ideo et cetera.

Iuxta quod tamen intellige, quod illud a quo imponitur nomen
 10 ad significandum, non est idem cum eo, quod significatur per ipsum. Quod patet in lapide. Nam hoc nomen lapis imponitur ab eo, quod est laedens pedem, non tamen significat laedens pedem. Unde nomen compositum quantum ad principia ista, a quibus
 15 tur in capitulo de nomine, quod partes nominis compositi praecedunt modum significandi; quantum tamen ad id, quod significatur per ipsum, habet rationem simplicis, et sic non praecedunt et cetera. Nomen vero simplex et quantum ad id, a quo imponitur, et quantum ad id, quod per ipsum significatur, habet rationem
 20 simplicis, et ideo partes eius non praecedunt modum significandi.

Item: pars separata a toto sicut non est illud, quod prius erat, nisi aequivoce, sic non habet compositiones, quas prius habuit, nisi aequivoce, sicut vult Aristoteles IV. Meteororum ponendo exemplum de oculo exuto et cetera. Sed pars nominis compositi
 25 in suo toto nihil significat. Ergo nec extra suum totum significabit nisi aequivoce.

Item: sicut se habet aliquid ad entitatem, sic ad unitatem et e converso, et similiter ad operationem. Sed unitas nominis compositi tollitur per separationem partium. Ergo et entitas et simi-

3 compositum] compositum. 14 imponitur] componitur. 16 modum] multum. 20 praecedunt] praecedunt. modum] uultam. 24 exuto] *corr. ex excuto.*

ad placitum, quia hoc est a voluntate et intellectu et ad concordiam hominum, vt dicit Auerroys supra librum perihermeneias.

9-11 Thomas In Peri herm. I c. 2 lect. 4 n. 44[9]. 12 Isidorus Hispalensis Etymologiae sive origines XVI c. 3 (ed. W. M. Lindsay T. II lib. XVI c. 3 n. 1). 15-16 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 2 (ed. Meiser 4,12). Aristoteles Peri herm. c. 2 (16a 25-26). 23-24 Aristoteles Meteor. IV t. 54 (Δ c. 12 390a 11-13).

liter operatio. Sed operatio omnium partium simul erit significare simplicem conceptum. Ergo nulla pars separata eandem habebit operationem, quod concedo.

Ad rationem in oppositum respondeo, cum dicit illud quod
 5 dat et cetera, concedendo illud virtualiter, non tamen actualiter sicut patet in elementis. Nam elementa simul adiuncta faciunt carnem, non tamen oportet, quod antea unumquodque per se habuit naturam carnis nisi virtualiter.

Quaestio 21

10 Quaestio est, utrum aliquod nomen potest infinitari.

Et arguitur, quod non.

Nam negatio non potest advenire nisi compositioni. Nomen non habet compositionem. Ergo et cetera. Maior declaratur: nam solum non bene significat compositionem.

15 Item: quod non omne nomen infinitatur.

Arguitur, quod sic: Nam si sic, nomen infinitum non diceretur indifferenter de ente et non ente. Sed hoc est falsum, cum dicat Aristoteles capitulo de verbo, quod infinitum indifferenter dicitur de eo, quod est et de eo, quod non est. Probatio consequentiae:
 20 nam si omne nomen et cetera, sic hoc nomen ens infinitaretur et
 120 va si sic relinqueretur illud, quod prius. Nam si ens || infinitaretur, tunc diceretur indifferenter de ente et de non ente, et sic unum contradictorie oppositorum praedicaretur de reliquo. Sed hoc est impossibile.

25 Oppositum primi patet per auctorem in littera.

Oppositum secundi patet per Boethium, qui dicit, quod omne, quod est circumscriptae significationis, potest esse incircumscriptae significationis quasi dicit omne, quod est determi-

1 erit] erat. 2 simplicem] intellectum *add. et del.* 13 non] *superscr.*

18-19 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 3 (ed. Meiser 4,35-5,1). Aristoteles *Peri herm.* c. 3 (16b 14-15). 25 Boethius l. c. c. 2 (ed. Meiser 4,19). Aristoteles *Peri herm.* c. 2 (16a 32). 26-2 (p. 259) Boethius l. c. (ed. sec.) I c. 2 (ed. Meiser 62,10-29). Albertus M. In *Peri herm.* I tract. II c. 5: nomen finitum determinatae et circumscriptae est significationis; et per hoc quod infinitatur, efficitur incircumscriptae significationis, quae nec ad ens, nec ad non ens finiri potest. Et haec est praecipue causa, quod nihil ponit nomen infinitum.

natae et finitae significationis potest esse indeterminatae et infinitae significationis.

Ad quaestionem dico duo, quod nomen potest infinitari, et quod omne nomen non potest infinitari. Declaratio primi patet ⁵ per auctorem in littera et per rationem Boethii inductam. Declaratio secundi: nam nihil transmutatur ad illud quod habet, sed ad illud, quod non habet. Sed quaedam nomina sunt de se infinita sicut illa, quae in sua compositione negationem integram addunt nomini. Nam nomen infinitari nihil aliud est quam negationem ¹⁰ integram addere nomini se habenti per modum habitus ut non homo, non animal. Igitur non omne nomen potest infinitari.

Per hoc respondeo ad rationes: cum dicit primo, quod negatio non potest advenire nisi compositioni, dico quod verum est de negatione, quae non constituit unum intellectum cum eo, ¹⁵ cui adiungitur, et quia negatio, cum additur nomini, constituit unum intellectum cum eo, ideo illa negatio bene potest advenire alii quam compositioni.

Ad aliam rationem, cum dicit, quod si omne nomen infinitaretur et cetera, consuevit a quibusdam dici, quod transcendentia ²⁰ ut ens et unum et similiter pronomina et dictiones syncategorematicae ut omnis, nullus et sic de aliis non infinitantur. Magis tamen aestimo, quod infinitantur. Sed ne dictum Aristotelis in II. Perihermeneias videatur obstare, cum dicit, quod ad signum non est referenda negatio, dico quod verum est ad hoc, quod infinitatur

13 advenire] adveniri. 15 nomini] rationi. 19 dici] dic.

19-21 Albertus M. In Peri herm. I tract. II c. 5: Attendendum tamen est, quod nomina transcendentia infinitari non possunt, sicut res, ens et aliquid, quia ablata qualitate istorum nominum cum infinita sunt, non potest relinqui etiam secundum apprehensionem substantia infinita: propterea infinitari non possunt. Ad hoc enim quod aliquod nomen infinitetur, oportet, quod habeat qualitatem determinatam quam non habent res, ens et aliquid. Oportet etiam, quod habeant ordinatam qualitatem ad substantiam finiendam et determinandam; et ideo omnis et quilibet et nullus et nemo infinitari non possunt, quia huiusmodi qualitatem non habent. Oportet etiam, quod non fuerit ante infinitum; et ideo partes indeclinabiles, ut coniunctio, praepositio et huiusmodi infinitari non possunt, quia casu infinitarentur, quia ex ipsis infinita sunt. 22-24 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 10 (ed. Meiser 14,16-18); (ed. pr.) II c. 10 (ed. Meiser 141,6-11). Aristoteles Peri herm. c. 10 (20a 7-9).

subiectum. Potest tamen referri ad significatum ad hoc, ut infinitatur significatum. Nam omne, quod est circumscriptae significationis sive dicat rem sive modum rei, potest esse incircumscriptae et infinitae significationis.

- 5 Iuxta quod intellige, quod <si> est ens quoddam analogum, eius negatio similiter erit analoga. Et ideo cum negatio privat ens pro substantia, tunc potest praedicari de non ente, quod est substantia, et de ente, quod est accidens. Similiter cum privat ens pro
 10 quod est substantia. Unde cum tu dicis, quod si ens praedicetur de non ente, contradictorium ponitur de contradictorio dicendo, quod non ponitur de illis ut sunt contradictoria, sed ut ipsum est indifferens ad ens et ad non ens.

Quaestio 22

- 15 Quaestio est, utrum <nomen> infinitum est nomen.

Et arguitur, quod sit.

- 120 vb 1. Omne, quod participat definitionem nominis hic datam, est nomen et patet ratio.

2. Item: omne, quod habet modum significandi specificum,
 20 per quem nomen est nomen, est nomen. Nomen infinitum est huiusmodi. Ergo et cetera. Declaratio maioris est: nam per naturam differentiae specificae ponitur aliquod sub specie. Similiter per modum significandi nominis specificum ponitur aliquid sub specie nominis. Minor declaratur: nam nomen infinitum
 25 significat substantiam cum qualitate, qui est modus significandi specificus nominis.

Oppositum patet per auctorem in littera.

Ad quaestionem dico, quod nomen infinitum grammatice loquendo est nomen. Cuius declaratio est: nam habet modum
 30 significandi specificum nominis. Significat enim substantiam cum qualitate. Logice tamen loquendo non est nomen, cum non significet naturam aliquam, cui possit applicari ratio logica, scilicet

5 ens] sic *add.* analogum] analogum. 6 analoga] analoga.

32 cui] cuius.

subicibilis vel praedicabilis. Ratio autem logica non potest applicari alicui, nisi dicat naturam aliquam determinatam in genere entis vel non entis.

Ad rationem primam respondeo concedendo maiorem. Sed ⁶ interimino minorem, cum sibi non conveniat haec particula finita. Unde Boethius dicit, quod definitio nominis non est completa nisi cum his membris: finita, recta.

Ad secundam rationem dicendum, quod quando concludit quod <est nomen, quod> est secundum grammaticum.

10

Quaestio 23

Quaestio est, utrum nomen infinitum ponat aliquid.

Et arguitur, quod sic.

1. Quia dicit Aristoteles in II. Perihermeneias, quod ad affirmativam de praedicato infinito sequitur negatio de praedicato ¹⁵ finito et non convertitur. Sed non est alia causa, quare non sequitur e converso nisi quod negativa nihil ponit. Affirmativa autem ponit aliquid et hoc est ratione praedicati infiniti. Ergo et cetera.

2. Item: suppono duo, primum quod negatio adveniens ²⁰ termino non removet modum eius significandi, secundum quod cui libet modo significandi praesupponitur aliquod significatum. Unde arguo sic: negatio adveniens termino non removet modum eius significandi. Ergo nec removet eius significatum. Ergo termino in significato infinito aliquid est, ad quod non attingit virtus ²⁵ negationis infinitantis, scilicet significatum et sic nomen infinitum ponit aliquid, scilicet significatum.

Oppositum arguitur: illud, quod est indifferenter ad ens et non ens, neutrum illorum ponit determinate. Sed nomen infinitum est huiusmodi. Ergo et cetera.

³⁰ Ad quaestionem dico, quod nomen infinitum nihil ponit determinate nec in genere entis nec in genere non entis, et ¹²¹ suppono: sit infinitum per adventum negationis ad terminum || signi-

23 significandi] praesupponitur aliquod significatum *add.*

6-7 Boethius I. c. (ed. pr.) I c. 2 (ed. Meiser 55,8-18). Boethius De syllogismo categorico I, PL 64,796 B. Guillelmus de Shyreswode Introductiones in logicam I, De propositione (ed. M. Grabmann 31,22).

13-15 Boethius I. c. (ed. pr.) II c. 10 (ed. Meiser 144,13-17). Aristoteles I. c. c. 10 (20a 20-21).

ficantem aliquid concretum per modum positionis. Ad cuius declarationem intellige, quod nomen infinitum et privativum in hoc differunt, quod nomen infinitum habet ablationem alicuius naturae simpliciter, non per respectum ad aliquod subiectum determinatum in aliqua specie. Nomen vero privativum dicit ablationem alicuius naturae non simpliciter, sed per respectum ad subiectum aliquod determinatum in specie, et sic nomen privativum ponit aliquid, quod est subiectum privationis; nomen infinitum non.

10 Iuxta quod intellige, quod nomina privationis numquam adduntur nomini significanti formam indeterminatam ad subiectum, et quia haec nomina homo, asinus et consimilia sunt huiusmodi, ideo non bene dicitur inanimal, inmagister. Iustitia vero, cum significet formam comparatam ad materiam determinatam, 15 hinc est, quod recipit vocem privationis.

Ad primam rationem in contrarium respondeo, cum dicit quod ad affirmativam de praedicato infinito sequitur et cetera, sed non convertitur, concedo. Sed cum dicit postea, quod non est alia causa, quare non convertitur nisi quod affirmativa ponit 20 aliquid ratione praedicati infiniti et negativa nihil, dico quod tu sumis non causam ut causam. Nam affirmativa non ponit aliquid ratione praedicati infiniti, sed ratione huius verbi est, quod ibi affirmatur; negativa vero nihil ponit. Hoc verum est, sed est ibi negatum.

25 Ad secundum argumentum, cum dicit quod negatio non removet modum significandi, dicendum quod verum est, si referatur ad compositionem; tunc enim non removet modum significandi, modum significandi nominis, sed potius removet actum a substantia sicut patet in hoc exemplo: homo non currit. Si 30 tamen referatur ad ipsum nomen, tollet eius significatum et omnem modum significandi. Sed si aliquis dicat, quod non tollit modum eius significandi, nam nomen infinitum habet modum significandi nominis sicut nomen finitum eo quod significat substantiam cum qualitate, dico quod licet habeat eundem modum 35 in specie, non tamen in numero.

13 inanimal] in aliquibus. inmagister] in magis. 14 comparatam] et paratam.

15 vocem] vocam. 31 non] ideo. 33 finitum] infinitum. 34 habeat] habet.

Quaestio 24

Quaestio est, utrum nomen obliquum sit nomen.

Et arguitur, quod sic.

1. Omne, quod participat modum significandi nominis specifi-
5 ficum, est nomen. Et patet ratio.

2. Item: quod potest esse subiectum in logica, sed non ponatur
sub alia parte orationis, est nomen. Sed obliquum est huiusmodi,
quod patet in his exemplis: ab utroque istorum enuntiatum est
verum, similiter: omnium oppositorum eadem est disciplina. Ergo
10 et cetera.

Oppositum patet per auctorem in littera.

11 Boethius Commentarii in librum Aristotelis *Περὶ ἑρμηνείας* c. 2 (ed. Meiser 4,20-21). Aristoteles *Peri herm.* c. 2 (16a 32-16b 1).

**QUAESTIONES
SUPER LIBRUM SEX PRINCIPIORUM**

Quaestio 1

121 **rb** || Circa librum Sex principiorum quaedam quaeruntur. Et primo quaeratur, utrum logica sit scientia.

Et arguitur, quod sic.

5 1. Scientia nihil aliud est quam comprehensio rei per causas et per sua principia et per suum scibile, et hoc dico ab intellectu. Logica est huiusmodi. Probatio: quia scibile eius habet et passionem et principia. Ergo est scientia.

2. Quod etiam sit una, verificatur. Scientia una est per attributionem vel ex unitate attributionis. Omnia, quae determinantur in scientia, ad aliquod unum <reducuntur> tamquam ad finem, verbi gratia ut medicina ad sanitatem, theologia ad beatitudinem et cetera talia. Sic est in logica. Est enim ibi unum, ad quod reducuntur omnia in logica determinata tamquam ad finem:
15 ut modus sciendi vel argumentandi.

3. Tertio: quod <sit> distincta ab aliis, verificatur. Ens commune, cuius cognitio requiritur in omni re speciali, in quibus est scientia, necessario debet habere scientiam separatam. Probatio: nam aliter ab aliis scientiis non appeteretur, si idem esset cum
20 aliis.

Aliter potest verificari. Omnis scientia illa, quae habet scibile distinctum ab aliis scibilibus, illa est scientia specialis; et si specialis, distincta erit ab aliis. Sed logica est huiusmodi. Nam ipsa habet scibile distinctum ab aliis scientiis. Ergo et cetera.

25 4. Quarto: quod sit necessaria, declaratur. Perfectio clerici secundum quod clericus consistit in cognitione veritatis. Illud autem, sine quo cognitio veritatis haberi non poterit, illud est necessarium. Logica est huiusmodi. Igitur impossibile est cognoscere veritatem sine ipsa logica.

30 Alio modo sic potest ostendi: illa scientia, quae rectificat hominem in actu rationis in unoquoque, illa est necessaria et sine illa

10 unitate] veritate. omnia] omni. 12 beatitudinem] habitudinem. 13 ibi] ubi. 15 vel] a *add. et del.* 23 Sed] s.

non potest haberi clericus perfectus. Talis enim est logica. Fundatur enim super considerationes rationis. Ergo rectificativa est totius clericaturae.

5. Quinto: quod sit ars communis, verificatur. Scientia illa, cuius scibile applicari potest ad omnia alia scibilia omnium scientiarum per operationem intellectus, et cuius usus est ad omnes alias scientias, illa est communis scientia, si ipsa scientia transit in formam artis. Logica est huiusmodi. Usus enim in omnibus est.

6. Sexto: quod debeat esse prior aliis et hoc dico ordine doctrinae, verificatur sic: cognitio in generali praecedat cognitionem in speciali. Cognitio logica est generalior. Ergo et cetera.

Vel aliter: speculatio communium praecedat speculationem specialium. Logica est huiusmodi. Ergo est prior omnium ordine post grammaticam.

7. Septimo: quod ipsa sit causata a rebus et non ficta, declaratur ex duobus. Primum est quod intelligere sit causatum quantum de se est; est in potentia passiva ad recipiendum quamlibet formam. Ex hoc accipitur ista propositio: potentia passiva || de se nunquam vadit ad actum. Nam ipse intellectus nihil est ante ipsum intelligere per Aristotelem III. De anima, qui dicit intellectus ante intelligere nihil est eorum quae sunt. Unde cum sit intellectus in potentia ad quamlibet scientiam, oportet quod informetur ab aliqua. Non autem nisi a re ipsa. Ergo et cetera.

Secundo sic: illa scientia, cuius partes accipiunt distinctionem ab ipsis rebus, et cuius partes naturas habent ut ipsae res, ipsa est causata a rebus. Logica est huiusmodi. Ergo et cetera. Partes enim eius distinguuntur per ipsas res, secundum quod cadunt sub actionibus intelligendi. Sequitur, quod ipsa non est ficta.

Hoc idem verificatur sic; redit in idem cum primo. Scientia non accipitur nisi ab aliquo. Sed a nullo accipitur nisi per doctrinam.

2 considerationes] actionis *add. et del.* 10 cognitionem] cognissionem. 13 omnium] omni. 16 causatum] causata. 18 passiva] passam. 19 intellectus] intellexit. 24 Secundo] solutio. 28 est] fixa *add. et del.* 29 redit] reddit.

4 Albertus M. In De sex principiis tract. I c. 1: Quod autem quidam dicunt de arte, utrum scilicet per modum artis procedat philosophia, stultum est, quia ars non est nisi in factis supra materiam exteriorem, cum dicat Aristoteles, quod ars est cum ratione factivum principium, et hoc modo facere non est agere. 20-21 Aristoteles De an. III t. 14 (Γ c. 4 429b 31).

Sed etiam ipsa doctrina habet fieri ab aliquo et iterum ab aliquo et sic ulterius devenitur ad ultimum hominem. Quaero ergo, a quo ipse acceperit scientiam? Planum est, quod ab ipsis rebus. Probatio per illum, qui dicit: antiqui philosophi per admirationem
5 coeperunt philosophari, et sic patet quod ipsa logica est a rebus, et hoc dico per inventionem.

Quaestio 2

I. Quaestio est, utrum de sex principiis possit esse scientia.

Et arguitur, quod non.

10 De illis, quae aliter possunt se habere, non potest esse scientia. Sed sex principia sunt huiusmodi. Probatio: nam actio et passio et cetera sunt res corporales (et particulares). Probatio: de particularibus et corporalibus non est scientia. Ergo et cetera.

Oppositum patet per auctorem.

15 II. Secundo quaeritur, utrum de eis sit scientia una.

Videtur, quod non.

1. Scientia est una, quae est unius subiecti in quantum unum. Nunc autem non est aliquod unum subiectum ipsorum. Ergo et cetera.

20 2. Praeterea: quorum non est eadem quidditas, illorum non potest esse una et eadem scientia. Ista sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

I. Ad primum dicendum, quod de sex principiis potest esse scientia. Et ratio huius est: omnis scientia naturam habens et
25 principia propria, ex quibus declarari potest, ipsa est scientia. Ista sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad rationem in oppositum dicendum ad maiorem, quod verum est, quod scientia non est nisi permanentium. Sed cum dicis in mirori: (actio et passio et cetera), dico, quod actio et
30 passio non sunt huiusmodi, et cum tu dicis actiones non sunt nisi particulares, verum est actiones extra intellectum: tales non

12 de particularibus et] particulares et de.

4-5 Aristoteles Met. I (A c. 2 982b 12-13).

habentur nisi in esse particularium. Ipsae tamen accipi possunt ab intellectu abstrahendo ab hac et ab hac actione, et sic sunt universalia. Ergo et cetera.

II. Ad illud quod tu quaeris secundo, utrum sit una, dicendo
 5 quod sic, quia unitas scientiae accipitur ab unitate subiecti. Sicut enim ab unitate obiecti accipitur unitas potentiae, sic ab unitate subiecti accipitur scientia una, et est illud subiectum forma accidentalis extrinsecus adueniens. Ad illud enim omnia hic in isto
 121 vb libro determinata reducuntur. Et cuiusmodi scibile est illud et ||
 10 cuiusmodi unitatis est et cuius unitate dicitur scientia una? Dicendum quod omne scibile universaliter, ex cuius unitate dicitur scientia una, illud est unum secundum speciem atomam nisi in tali casu, quod illud scibile non possit cognosci plene nisi per suum contrarium; in tali casu impeditur ut album, quod non
 15 potest cognosci nisi cognoscatur suum oppositum, quod est nigrum. Unde etiam Aristoteles dixit, quod contrariorum eadem est disciplina.

Ad rationes in oppositum dicendum ad minorem per interemptionem, quod est unum subiectum libri Sex principiorum
 20 ut forma extrinsecus et cetera.

Ad secundum cum dicis quorum non est eadem quidditas et cetera, dicendum quod hoc non sufficit ad unitatem scientiae, quod omnium determinatorum in scientia sit una quidditas, sed sufficit quod omnia in scientia determinata habent unum, ad
 25 quod reducuntur et hoc de illo.

Quaestio 3

I. Quaestio est, utrum liber Sex principiorum sit pars logices vel pars materialis philosophiae.

Et videtur, quod non pars logices.

2 ab¹] ac *add. et del.* 6 unitate] veritate. 8 enim omnia] nomina. 10 unitatis] veritatis. unitate] unica. 23 quod] cum. omnium] omnia.

27 logices] liber *add. et del.*

8 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 5 (A. Heysse 11,21). Avicenna Met. II c. 2 (Venetiis 1508) fol. 76ra C. Boethius De trin. c. 4, PL 64, 1253 C. 16-17 Aristoteles Topic. I (A c. 10 104a 16) PL 64,916 B. (A c. 14 105b 33) PL 64,919 A.

1. Liber ille, in quo fit consideratio de partibus entis transmutabilis, non est liber logices. Iste est huiusmodi. Ergo et cetera.

2. Praeterea: considerata in hoc libro sunt incomplexa. Logi-
 5 cus non habet considerare incomplexa ut probabo. Ergo et cetera. Probatio minoris per Priscianum qui dicit, ubi finit grammaticus, ibi incipit logicus. Sed grammaticus finit in oratione, et oratio est quid complexum. Ergo logicus non considerat incomplexa.

Contra: in qua non determinatur secunda essentia nisi in
 10 ratione logica, et cuius unitati omnia <in> illa scientia determinata attribuuntur, si illud unum est ratio logica, illa scientia est logica. Ista scientia est huiusmodi. Ergo est pars logices.

3. Tu forte dices, quod est de bene esse logices.

Contra: si est de bene esse. Ergo est de esse per locum a parte
 15 in modo. Probatio: commune si est bonus vir, est vir, et si est bonus homo, est homo et sic in aliis. Ergo et cetera.

II. Secundo quaeritur, utrum sit distinctus a libro Praedicamentorum. Dico, quod non. Pars non debet habere distinctam scientiam a suo toto. Sed iste liber est pars libri Praedicamento-
 20 rum. Ergo et cetera.

I. Dicendum ad primum, cum quaeris: liber iste estne pars logices? dico quod sic, et non est alia ratio nisi quae tacta est. Scientia illa, cuius scibili attribuuntur omnia determinata in scientia, si illud scibile est ratio logica, illa scientia est logica et
 25 pars logices. Huiusmodi est ista. Nam illud unum, cui omnia attribuuntur est ratio logica ut forma accidentalis et extrinsecus adveniens, denominans subiectum. Et cetera.

Ad rationes in oppositum dicendum ad primum, cum dicis liber in quo fit consideratio de partibus entis transmutabilis, non
 30 est logicus, dico quod verum est, si fiat consideratio in quantum ||
 122 ra huiusmodi; hoc non fit in hoc libro. Nam hic fit consideratio de

10 ratione] oratione. 11 ratio] oratio. est²] ratio *add.* 15 si¹] sed. 22 alia] aliae. 30 logicus] logica.

6-7 *Locum non inveni.* 14-15 Petrus Hispanus *Summulae logicae tract. V* 5. 21 (ed. Bocheński [50]). Guilelmus de Shyreswode *Introductiones in logicam IV, De locis dialecticis* (ed. M. Grabmann 63,11-16). Boethius *De differentiis topicis II*, PL 64, 1189 B.

eis, in quantum attribuuntur intentioni logices, quae est forma et cetera. <Forma et cetera> enim nominat mihi rationem logicam. Ergo est liber logicus.

Ad secundum, quod dicis: ista sunt incomplexa, verum est.
 5 Ad minorem dico, quod logicus habet considerare incomplexa. Ad probationem respondeo, cum dicis ubi grammaticus finit, ibi logicus et cetera, dico ad <hoc> ultimum et primum in logica et grammatica dupliciter potest considerari: ultimum et primum simpliciter et ultimum et primum in respectu. Nunc autem ubi
 10 est ultimum in grammatica simpliciter, non debet esse primum in logica simpliciter, sed respectu. Ultimum enim quod est in genere incomplexorum in grammatica, ibi incipit grammatica ut sunt suppositum et appositum, et ibi etiam certe incipit logicus in ultimo genere incomplexorum ut sunt termini subiectum et
 15 praedicatum et cetera. Unde dico quod non est unum ultimum et primum simpliciter in grammatica et logica, sed in respectu in genere incomplexorum.

Ad illud quod tu dicis tertio per locum in modo bene est, ergo est, dico quod non sequitur: est de bene esse, ergo est de esse,
 20 quia tu poteris dupliciter considerare de <bene> esse transitive vel intransitive. Si transitive, non sequitur, tunc est sensus de bene esse est, ergo de esse, id est de bonitate esse, ergo de esse non sequitur. Si autem intransitive, bene sequitur.

II. Quod tu quaeris secundo, utrum sit pars libri Praedica-
 25 mentorum, dico quod non, quia ista sex principia, <quae> sunt actio et cetera, dupliciter possunt considerari. Possunt enim accipi penes suos modos significandi et penes ordinationem praedicabilium. Sic considerantur in libro Praedicamentorum. Alio modo possunt accipi prout sunt formae extrinsecus advenientes,
 30 habentes se in ratione principii eorum, quibus adveniunt. Sic de eis fit consideratio in hoc libro.

Ad primum in oppositum dicendum, cum dicis pars non debet et cetera, dico quod pars in quantum pars debet habere eandem scientiam cum suo toto. Pars autem non in quantum
 35 pars, sed prout accipitur sub alia ratione, sub qua non fit mentio

sui totius vel consideratio, sic potest bene habere separatam scientiam. Verbi gratia ut elementa quae sunt partes hominis in quantum respiciunt suum totum, unam scientiam habent cum suo toto: in quantum autem accipiuntur per se non habendo
 5 respectum ad suum compositum, bene licet de eis habere separatam scientiam et considerationem. Sic penitus in proposito.

Quaestio 4

I. Quaeritur, quae forma hic definitur: accidentalis vel substantialis.

10 Et videtur, quod accidentalis.

Sermones accipiendi sunt penes materiam ut dicitur I. Ethicorum. Nunc autem materia istius libri non requirit nisi formam
 122 rb accidentalem (extrinsecus advenientem) ut patet. Ergo et cetera. ||

Tu forte dices, quod hic definitur forma communiter se habens
 15 et ad accidentale et ad substantiale.

Contra: quod hic definitur, univocum est. Nunc autem non est aliqua forma se habens communiter ad accidentalem et substantialem. Ergo et cetera.

II. Secundo quaeritur, utrum forma secundum quod forma
 20 sit compositioni contingens.

Videtur, quod non.

1. Omnis definitio debet esse universalis.

2. Item: definitio debet esse conveniens cuilibet definito.

3. Item: definitio debet semper convenire definito. Nunc autem
 25 ipsa non convenit omni. Probatio: non substantiali formae, quae convenit materiae et non composito.

4. Item: non convenit semper. Probatio, quia animae intellectivae, quae est forma, non convenit semper illa definitio. Nam ei non convenit post separationem a corpore.

30 5. Item: non convenit omni. Nam non convenit animae mundi, quae non est compositioni contingens ut dicit auctor posterius. Ergo et cetera.

4 accipiuntur] accipitur.

27 intellectivae] intellectae.

11 Aristoteles Ethica Nic. I,2 (A c. 1 1094b 12). 19-20 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,3). 30-31 l. c. (A. Heysse 8,16-19).

I. Dicendum ad primum, cum quaeris, quae forma hic definiatur, dico quod forma communiter se habens <ad> accidentalem et substantialem. Et ratio huius est, quia forma hic definita convenit omni formae; convenit se habenti tam accidentali quam
 5 substantiali. Substantiali convenit, quae quamvis inhaereat materiae, tamen inhaeret eo modo, quo pars toti. Et hoc modo omnis forma inhaeret. Convenit etiam accidentali ut patet. Et hoc etiam ostenditur ratione per Boethium in libro Divisionum, qui dicit: quandocumque definitio praecedit divisionem, tunc
 10 definitio et divisio sunt eiusdem et non e converso. Quando enim divisio praecedit definitionem, tunc solum definitio convenit alteri parti ut patet. Sic autem est in proposito. Definitio autem formae praecedit divisionem. Ergo sunt eiusdem. Sed divisio formae est formae in communi. Ergo et divisio.

15 Ad rationem in oppositum, cum dicis, sermones accipiendi sunt penes materiam, verum est. Ad minorem cum dicis: materia istius libri non requirit nisi formam accidentalem extrinsecus advenientem, dico quod bene vult materia istius libri formam accidentalem et etiam causam communem ad eam. Materia enim
 20 particularis bene requirit sermonem communem et non eum excludit.

Ad aliud quod dicitur quod hic definitur, univocum est, dico quod illud quod hic definitur, non est univocum in re, tamen est univocum in ratione. Non oportet sic dici, sed alio modo quod
 25 illud, quod hic definitum <est>, non est unum univocum, sed est analogum per attributionem, cum dicis actio est compositioni et cetera, passio est forma et cetera.

II. Ad illud, quod quaeris secundo, utrum sit compositioni contingens, dico quod sic. Et hic sunt duo declaranda, scilicet
 30 quod forma sit alteri contingens, secundo quod sit composito
 122 va inhaerens. Declaratio primi est: || omne, quod est habens entitatem, aut est per se subsistens aut alteri subsistens aut alteri inhaerens. Nec autem forma est habens aliquam entitatem et hinc

20 non] modo. 22 quod¹] quid. univocum] unicum. 23 univocum] unicum. 24 univocum] unicum. 25 est²] autem. univocum] unicum. 26 analogum] corr. ex analogum. 30 composito] opposito.

non substat per se. Hoc est proprium composito per se substare. Nec autem substat alteri. Hoc proprium est materiae. Ergo sequitur quod erit alteri inhaerens.

Item declaratur, quod forma sit composito inhaerens. Quod
 5 inhaeret alteri ut pars toti, hoc est composito inhaerens. Forma est huiusmodi. Ergo et cetera. Et hoc intelligendo de forma in quantum forma. Nam anima intellectiva, cum est separata, non est forma, quia non habet propriam rationem formae, scilicet quod sit aliud informans, sed tunc est ens per se subsistens ut
 10 aliae intelligentiae.

Ad illud quod tu arguis postea: definitio oportet esse universalis et etiam debet convenire omni definito et semper, dicendum ad minorem per interemptionem. Cum tu dicis, quod non conveniat omni formae, <dico>: immo convenit omni formae in quan-
 15 tum forma et etiam omni tempore; et cum dicis: non convenit animae intellectivae in separatione eius, dico quod tunc non est forma in quantum forma; et cum dicis: non convenit substantiali, quia haec convenit materiae solum, dico quod convenit etiam substantiali, quia ipsa inest materiae ut pars toti et hinc etiam
 20 convenit omnibus formis.

Per hoc patet solutio rationis.

Quaestio 5

I. Quaeritur, utrum omnis forma sit simplex.

Videtur, quod non.

25 1. Quod partes habet, non est simplex. Sed aliqua forma partes habet ut quantitas, numerus et cetera talia. Ergo et cetera.

2. Praeterea: quod definitur, non est simplex. Forma definitur. Ergo et cetera. Maior probatur: omnis definitio est sermo habens partes, sicut dicit Aristoteles V. Metaphysicae. Sermo
 30 habet autem partes, et omne quod habet partes, est compositum. Ergo et forma.

2 Nec] nam. 4 forma] quando. 6 intelligendo] intelligens. 11 definitio] dif-
 finissio. 13 non] quando. 14 in] quae. 17 forma] tunc *add.* 19 pars] pas.

28-29 Aristoteles Met. VII t. 33 (Z c. 10 1034b 20). Averroes Met. VII c. 33 (Venetiis 1483) fol. 75rb: definitio est sermo et omnis sermo habet partes.

3. Praeterea: omne, quod est citra primum, differt per hoc quod est et quo est. Sed omne illud, in quo differunt ista duo, scilicet quod est et quo est, non est simplex. Ergo nec forma.

Oppositum patet per auctorem in littera.

5 II. Secundo quaeritur, utrum omne quod est citra primum habeat compositum ex materia et forma.

Et videtur, quod sic.

1. Omne illud, in quo duo inveniuntur, quorum unius proportio est ad alterum sicut actus ad potentiam, illud est compositum
10 ex materia et forma. Illud, quod est citra primum, est huiusmodi. Ergo et cetera. Probatio maioris, quia potentia reducitur ad materiam, actus vero ad formam. Unde quorum unius proportio est <ad> alterum sicut potentia, illud erit compositum ex materia et forma. In illis enim est reperire duo, quorum proportio se habet
122 vb ad invicem sicut actus ad potentiam ut ista duo|| quod est et quo est; quod est ut actus et quo est ut potentia. Ergo et cetera.

2. Praeterea: omne, quod comparatur ad aliud sicut participans ad participatum, compositum est ex materia et forma. Probatio: quia potentiam habet ex materia, actum a forma. Omne
20 quod est citra primum, est huiusmodi. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: si omne illud, quod est citra primum, esset compositum ex materia et forma, sequerentur multa inconvenientia, quia tunc omnia corruptibilia praeter deum. Item: non esset dare animae intellectum agentem. Item: tunc omne,
25 quod est citra primum, esset materiale et multa talia. Ergo et cetera.

III. Quaeritur tertio, utrum omnis forma sit invariabilis.

Videtur, quod non.

1. Albedo est <forma> et oratio et opinio et cetera talia. Et
30 tamen non sunt invariabiles. Ergo non omnis forma est invaria-

2 quo¹] e quo. 3 quo] e quo. 8 unius] unus. 19 potentiam] potentia.
23 praeter] apud. 24 animae] in *add.* 25 materiale] naturale. 30 invariabiles] variabiles.

1-2 Gilbertus Porretanus In librum Quomodo substantiae bonae sint PL 64,1321 B: aliud est quod est, aliud quo est. 4 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,3). 27 l. c. c. 1 n. 2 (A. Heysse 8,22-9,1).

bilis. Probatio minoris: quod sunt variables, quia eadem albedo variabilis est per spatii elongationem. Ergo et cetera.

2. Praeterea: omne corruptibile est variabile. Aliquae sunt formae corruptibiles. Ergo et cetera. Probatio minoris: quod non
5 semper est, sed aliquando, illud est variabile. Formae quaedam sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

I. Dicendum: cum quaeris, utrum omnis forma sit simplex, dicendum quod sic. Et notandum quod simplex dicitur multis
10 modis. Uno modo dicitur simplex per privationem compositionis ex esse et substantia, et est haec simplicitas citra primum, et hoc etiam modo est simplex deus. Aliud est simplex per privationem
compositionis partium quantitativarum. Tertio modo est simplex per privationem compositionum ex materia et forma. Non enim
15 oportet, quod omnis forma sit simplex per privationem partium quantitativarum, sed per aliud, scilicet per privationem compositionis ex materia et forma. Et ratio huius est, quia comparatur forma ad materiam sicut actus ad potentiam.

Ad rationem in oppositum dicendum est: cum dicit, quod partes habet, non est simplex, verum est: <non est> simplex omni-
20 moda simplicitate et etiam non est simplex eo modo, quo partes habet.

Ad illud quod tu arguis secundo, quod definitur non est simplex, dico quod definitio dicitur multis modis. Uno modo est definitio, quae accipit principia rei in constituendo secundum
25 rationem et haec est logica definitio. Alia est, quae accipit propria principia in essentia, et haec est realis, ut cum dicitur homo est ex corpore et anima, etiam ex carnibus et ossibus. Tertia est, quae est quaedam notificatio rei. Verum est, quod definitur non est simplex definitione in cognoscendo. Nihil autem prohibet,
30 quin illud bene sit simplex in essendo, quod habet partes in definitione logica, quae est in cognoscendo. Et notandum quod definitio logica et realis bene dantur per composita vel per partes. Tertia autem, quae est notificatio, datur per simplicia et illa non habet partes.

123 ra Ad tertium || cum dicis omne, quod est citra primum, com-

15 aliud] idem. compositionis] compositis. 17 ad] formam add. 26 homo] est add. et del. 29 in] et.

positum est et cetera concedo illud, quod est per se subsistens. Ad minorem dico: forma non est per se subsistens. Alio modo dicamus de materia, quod sit subsistens. Omne quod est citra primum compositum est, verum est non qualibet compositione,
 5 sed compositione, quae est ex esse et substantia.

II. Ad illud, quod tu quaeris secundo, utrum omne, quod est citra primum, sit compositum ex materia et forma dico, quod non, quia tunc sequerentur multa inconvenientia. Primum inconvenienti est, quod sequeretur, quod omne quod est citra primum, tantum esset materiale; secundum quod haberet principium suae corruptionis apud se, et quod non esset dare intellectum agentem et multa talia. Ergo et cetera. Sed notandum quod omne, quod est citra primum, aliqualem compositionem habet. Sed duplex est compositio: materiae cum forma et substantiae
 15 et esse, et talem compositionem habent, quae sunt citra primum et non primam compositionem. Tertia etiam compositio est, quae est ex partibus quantitativis et etiam non habent, et sic manifestum est, quod compositio invenitur in omni eo, quod est citra primum et hoc dico ex substantia et esse et non ex materia et
 20 forma.

Ad rationes dicendum: cum dicis omne illud, quod habet in se duo, quorum unius proportio et cetera dico: si intelligis compositionem ex esse et substantia, concedo; si autem ex materia et forma, falsum est et nego. Sed notandum, quod ista inferiora,
 25 videlicet individua ut Socrates, bene habent esse et substantiam, sed alio modo quam illa, quae sunt citra primum. Nam Socratis esse et substantia praesupponunt aliquid, ex quo habent ut ma-

3 materia] et forma et *add. et del.* quod¹ *superscr.* 5 ex esse et] esse ex. 9 sequeretur] sequerentur. 10 haberet] haberent. 18 quod²] quae. 22 intelligis] intellectus. 27 habent] habet.

5 Thomas Summa contra gentiles II c. 54 § 8: . . . in eis (substantiis intellectualibus) est unica tantum compositio actus et potentiae, quae scilicet est ex substantia et esse, quae a quibusdam dicitur ex quod est et esse; vel ex quod est et quo est. Gilbertus Porretanus In librum Quomodo substantiae bonae sint PL 64,1318 C: Ait ergo: Diversum est esse, id est subsistentia, et id quod est, id est subsistens, in quo est subsistentia; ut corporalitas et corpus, humanitas et homo. Boethius Quomodo substantiae Regula II (ed. Stewart-Rand, London, 1946, p. 40,28-30): Diversum est esse et id quod est; ipsum enim esse nondum est, at vero quod est accepta essendi forma est atque consistit.

teriam; illa autem simpliciter habent non praesupponendo aliquid.

Ad aliud cum dicis omne, quod comparatur ad aliquod sicut participans ad participatum et cetera dico, quod verum est, quod
 5 compositum est ex substantia et esse, et non ex materia et forma. Intelligentiae enim non habent suum esse a se, sed ab alio.

III. Ad illud quod quaeritur ultimo, utrum omnis forma sit invariabilis, dico, quod sic per se loquendo de forma. Dico autem hic duo: unum quod ipsa est per se invariabilis, secundum quod
 10 ipsa est variabilis per accidens. Declaratio primi est: omne, quod est per se variabile, in se habet potentiam passivam variationis. Hanc non habet forma. Ergo et cetera. Probatio minoris, quod forma non habeat potentiam passivam. Nam potentia reducitur ad materiam. Forma autem est quid immateriale. Ergo et cetera.
 15 Praeterea omne, quod variatur, corrumpitur, et omne quod corrumpitur, in aliquid sui corrumpitur, et omne, quod generatur, ex aliquo sui generatur. Sed forma non generatur et corrumpitur, sed subiectum corruptionis et transmutationis. Secundi declaratio est: quod bene variatur per accidens. Illud, quod non est
 20 separatum in esse a per se subiecto variationis, illud non est per se variabile, sed per accidens. Forma est huiusmodi. Non enim est separata in esse a subiecto variationis. Ergo et cetera.

Ad rationes in oppositum dicendum: cum dicis, oratio est forma et opinio et cetera, tamen transmutatur per verum <et
 123 rb falsum, verum> est per accidens et non per se, quia oratio || et opinio variantur ad variationem ipsius rei. Unde notandum, quod albedo ut dicitur in littera, et oratio et opinio non variantur per se. Declaratio huius est: nam omne, quod transmutatur vel corrumpitur, in aliquid sui corrumpitur, ut dictum est supra, et quod
 30 generatur ex aliquo sui generatur. Nam albedo non in aliquod sui corrumpitur nec ex aliquo sui generatur. Ergo albedo per se non corrumpitur nec etiam generatur. Et hoc modo planum est de albedine. Quomodo de oratione et opinione? Nota quod oratio ad illud, <quod> repraesentat, est correlativum sicut signum ad
 35 signatum et opinio ad opinabile. Refertur enim opinio ad opina-

3 omne] esse. 6 Intelligentiae] intelligentia. sed] et. 18 sed] et.

bile sicut mensura ad mensuratum. Modo istud non est inconueniens, quod una et eadem opinio significet verum et falsum, cum in suo correlativo sit transmutatio. Verbi gratia ipsa enim opinio una et eadem potest esse vera <et falsa>, quia suum cor-
 5 relativum, scilicet opinabile ad passiones contrarias transmutatur. Verbi gratia in albo: ponitur quod Socrates sit albus, Plato niger, et Plato mutet nigredinem in albedinem. Iam illa transmutatio facta est in re, iam illa transmutatio efficit Platonem similem Socrati, et hoc per accidens. Sic in proposito. Unde quod una
 10 et eadem oratio mutetur in veritatem et falsitatem, hoc non erit inconueniens, quia sit per accidens, quia hoc fit per transmutationem factam in re ipsa.

Ad secundum, cum dicis; omne, quod est corruptibile et cetera, dico quod forma non est corruptibilis per se, sed per
 15 accidens. Et tu probas: hoc quod non semper est, sed aliquando est et aliquando non, illud est variabile. Dico quod verum est, aliquo modo variabile est.

Quaestio 6

I. Quaestio est, utrum quantum adueniens quanto faciat ipsum
 20 maius.

Videtur quod non.

1. Nam alimentum aduenit membro senis <vel pueri in quantum>, tamen totum non fit maius nec membrum. Ergo et cetera.

2. Praeterea: aqua adueniens cineribus, non fit totum maius.
 25 Ergo et cetera.

Oppositum dicit auctor in littera.

II. Quaeritur secundo, utrum anima sit variabilis a gaudio in tristitiam, ut ponit in littera auctor.

Videtur, quod non.

7 albedinem] iam transmutatio facta est in re *add.* 14 non] *superscr.* 15 aliquando] a *add. et del.*

19 quantum adueniens] *corr. ex* adueniens quantum. 22 alimentum] alimento. 24 cineribus] *corr. ex* ci membro. 26 auctor] actor. 28 auctor] actor.

24 Aristoteles Phys. IV t. 56 (Δ c. 6 213b 21-22). 26 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,5-7).

1. Illud, cui nihil potest esse triste, illud in istas passiones non potest transmutari. Animae vero intellectivae nihil est triste. Ergo et cetera. Probatio minoris: contemplationes intellectuales vel speculationes intellectuales non habent aliquid contrarium, 5 ut dicit Aristoteles. Ergo et cetera.

2. Praeterea: forma corporis <non> transmutatur penes passiones nisi per accidens. Huiusmodi est forma intellectualis. Ergo et cetera.

Oppositum patet in littera.

10 III. Quaeratur tertio, utrum mundus habeat animam. Videtur, quod non.

123 va 1. Anima est actus corporis organici physici || vitam habentis, ut dicit Aristoteles in II. De anima. Sed mundus non est huiusmodi, scilicet corpus physicum. Ergo et cetera. Probatio minoris: 15 quia oportet corpus physicum habere partes continuas et sub una perfectione. Hoc non habet mundus. Ergo et cetera.

2. Praeterea: totius habentis animam oportet quamlibet partem eius esse animatam. Sed non omnes partes mundi habent animam, ut de se patet. Ergo et cetera.

20 3. Praeterea: anima aut est sensitiva aut intellectiva aut vegetativa. Sed nullam istarum habet mundus. Probatio: si intellectiva, sic esset homo; si vegetativa, tunc esset planta; si sensitiva, tunc esset brutum, quod falsum est. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: omne, quod participat propriam operationem vitae et ipsius animae, habet animam. Mundus est 25 huiusmodi. Ergo et cetera.

IV. Quarto quaeritur dato quod habeat animam, utrum habeat sensitivam vel intellectivam vel vegetativam.

4 vel] specie *add. et del.* intellectuales] intellectuale. 14 Probatio] *m add. et del.* 15 una] specie *add. et del.* 20 vegetativa] vegetativa. 22 vegetativa] vegetativa. 23 cetera] praeterea anima *add. et del.* 28 vegetativa] vegetativa.

3-5 Aristoteles *Ethica Nic.* X, 3 (K c. 2 1173b 16-20). *Topic.* I (A c. 15 106a 36-38) PL 64,919 D. Thomas S. *theol.* I II q. 35 a. 5: Utrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria. 9 Gilbertus Porretanus I. c. c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,14-15). 10 I. c. c. 1 n. 1 (A. Heysse 8,16-19). 12-13 Aristoteles *De an.* II t. 6 (B c. 1 412a 27-28).

Videtur, quod sensitiva.

Illa est anima totius, quam participant plures partes mundi, quia eadem est anima partis et totius. Sed animam sensitivam participant plures partes mundi. Ergo et cetera.

5 Oppositum arguitur: anima mundi debet esse incorruptibilis. Probatio: quia mundus est incorruptibilis per Philosophum. Sed anima sensitiva est corruptibilis. Ergo et cetera.

I. Ad ista est dicendum: cum quaeris, utrum quantum additum quanto et cetera, dico, quod sic, dummodo utrumque maneat
10 in sua quantitate.

Ad rationes in contrarium dicendum: cum dicis alimentum adveniens membro senis vel iuvenis pueri in quantum, tamen non augentur, dico quod tunc utrumque non remanet in sua quantitate. Semper enim senes et iuvenes nutriuntur, non tamen
15 augentur propter quendam defectum corporis, quem habent. Senes enim defectum corporis habent, scilicet defectum caloris naturalis et aliorum <elementorum>, per quorum defectum ipsum alimentum in substantiam non possunt convertere, et etiam iuvenes.

20 Idem potest ostendi de cineribus et aqua, quia utrumque non manet in sua quantitate.

II. Ad illud quod tu quaeris secundo, utrum anima intellectiva sit variabilis a gaudio in tristitiam et e converso, dico quod non per se, sed per accidens. Et hoc satis declarat Aristoteles III.
25 De anima, et est ratio huius: passio, quae semper exigit alteram partem corporis motam, illa passio vel transmutatio non est proprie animae per se, sed coniuncti. Omnes istae passiones sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Tamen bene transmutatur per accidens.

Praeterea transmutatio secundum passiones, secundum quas
30 anima non participat nisi in habitudine ad corpus, non sunt animae, sed coniuncti. Istae passiones sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Et notandum, quamvis istas passiones dicamus esse ipsius

9 dummodo] de modo. 13 augentur] augeatur? 15 quendam] quam. habent] in corpore *add. et del.* 20 ostendi] ostendere. cineribus] cinibus. 32 dicamus] decamus.

6 Aristoteles De gen. et corr. I t. 13-17 (A c. 3 317b 33-318a 27). 24-25 Aristoteles De an. III t. 30 (Γ c. 7 431a 16-17). I t. 14 (A c. 1 403a 16-19).

123 vb coniuncti, non || tamen sunt ipsius coniuncti ut subiecti, sed ut obiecti. Et illud dictum intelligat de anima prout est coniuncta corpori. Sed si loqueris de anima prout est in separatione, hic per philosophicam disciplinam non poterit sciri, quia ad eam disciplinam non pertinet, quia de ea non poterit haberi scientia, quia tunc in separatione eius nulla apparet eius nobis operatio, et quorum operatio nobis non apparet, illorum cognitio haberi non poterit. Ergo et cetera.

Ad rationes dicendum: cum dicis, illud, cui nihil potest esse triste et cetera, verum est, cui nihil est triste, sed animae intellectivae nihil est triste. Dico ad illa: quod aliquid esse animae intellectivae triste dupliciter possumus intelligere: vel ex comprehensione alicuius intelligibilis contrarii suae naturae. Hoc modo nihil triste intellectui, quia intellectus omnia potest <intelligere>; nihil sic triste est intellectui et nullum intelligibile contrarium est intellectui. Alio modo ex defectu intelligendi et hoc modo bene potest animae esse aliquid triste.

III. Ad aliud quod queris tertio, utrum mundus habeat animam, dico quod mundus est aliquid compositum ex omnibus partibus sensibilibus, et etiam mundus est aliquid contentum ultima luna ut circumferentia. Modo quaero, habetne illud a causa? Dico, quod sic; per rationem praedictam, scilicet quod participat vitam et quod movetur, habet animam. Mundus est huiusmodi. Ergo et cetera.

25 Et hoc etiam patet per Aristotelem I. Caeli et mundi supponendo modo quod caelum habeat animam ex suo primo motore, qui est sua anima. Sic per receptionem motionis caeli moventur omnia ista inferiora, scilicet iste mundus inferior, et si caelum habeat animam, quae movet ipsum et vivificat, et per motum caeli moveantur illa inferiora et vivificantur, sequitur etiam, quod mundus habeat animam.

Et notandum, quod convenit habere animam dupliciter ut actum et perfectionem, et hoc modo mundus non habet animam.

12 possumus] possimus. 14 intellectui] intellectum. 27 qui] quae. 33 actum] auctum.

25-27 Aristoteles De caelo et mundo I t. 8-16 (A c. 2 269a 2-269b 17). II t. 13 (B c. 2 285a 27 sq.).

Alio modo convenit habere animam ut motorem. Si(c) bene mundus habet animam sicut est in navi aliquid, quod movet et regit ipsam, sic et in mundo.

Per hoc patet solutio rationum. Cum dicis: anima est actus
5 corporis organici et cetera, sed mundus non est huiusmodi, verum est; non habet animam ut actum et perfectionem, sed ut motorem. Vel poteris dicere bene, quod totus mundus est corpus organicum physicum et cetera.

Ad illud, quod tu dicis: totius habentis animam, dico quod
10 verum est, et in minori, cum dicis: quaedam sunt partes mundi, quae nullam habent animam, dico per interemptionem, quod bene habent animam quomodo habet mundus animam ut motorem.

Ad aliud, cum dicis: anima aut est sensitiva aut intellectiva et cetera, verum est, sed nullam istarum habet mundus, quia si
124 ra intellectiva, tunc mundus esset || homo; dico, quod mundus habet animam et hoc intellectivam, non tamen sequitur, quod sit homo; et poteris animam intellectivam dupliciter considerare ut actum et perfectionem, sic non habet animam, aut ut motorem et sic habet animam, quae est intellectiva.

20 IV. Ad aliud, quod quaesitum est, utrum habeat sensitivam, dico, quod non est sensitiva. Ergo anima mundi non est sensitiva, ergo intellectiva; et ratio, quae fuit adducta pro illa parte, bene potest aequaliter demonstrari, scilicet illa anima mundi debet esse incorporalis et cetera. Verum enim est, quod multa sunt,
25 quae non possunt demonstrari ex prioribus sicut istud in proposito, sed oportet, quod demonstretur a posterioribus et notioribus nobis. Et quod mundus habeat animam, ratio huius est: anima mundi est motor mundi, qui regulat omnia et ordinat ad bonum commune. Anima enim sensitiva non potest regulare.
30 Ergo et cetera.

Praeterea: certum est, quod motor mundi est universalis causa mundi et omnium mundanorum. Ipse enim movet propter aliquod bonum universale mundi. Anima autem sensitiva non movet propter aliquod bonum universale mundi. Ergo et cetera.

35 Praeterea: motor mundi est dans ordinem omnibus in mundo. Ordo enim non est nisi effectus immediatus providentiae. Huius-

modi autem effectus providentiae non est animae sensitivae, ergo intellectivae.

Praeterea: omne, quod movet propter finem determinatum, vel movet propter finem quem sibi praestituit vel qui sibi ab aliquo praestituitur. Sed omnia in mundo moventur propter finem. Ergo oportet, quod praestituant sibi finem vel quod eis praestituatur. Sed cum non omnia entia praestituunt sibi finem, ergo oportet, quod praestituatur eis; non ergo ab aliquo nisi a primo motore, et ille, propter quem moventur, est universalis. Ergo anima mundi est universalis, et si universalis, non erit sensitiva. Ergo cum sensitiva non sit nisi in partibus, ergo singularis. Ergo et cetera.

Ad rationes in contrarium dicendum ad primum, cum dicis: eadem est anima, quam participant plures partes mundi, verum est: anima, quae est motor, de illa bene arguis, sed non de illa anima, quae est forma et perfectio corporis; et cum dicis postea: eadem est anima partis et totius, verum est eo modo, quo totum habet animam et si haberet animam pro forma et perfectione, non autem mundus <est> animatus anima, quae sit eius forma.

30

Quaestio 7

I. Quaestio est, utrum anima mundi sit una vel plures.

Et videtur, quod plures.

1. Eadem oportet esse anima partium et totius. Sed animae <partium mundi> sunt plures. Ergo anima totius debet esse plures.

25 2. Praeterea: plura bona magis sunt ponenda quam pauciora. Sed anima mundi est summum bonum. Ergo plures habere animas magis est ponendum quam pauciores, quia magis bonum. Ergo et cetera.

3. Praeterea: anima mundi est causa omnium, quae fiunt in mundo. Sed omnia, quae fiunt in mundo, non possunt || reduci in unam causam. Probatio: effectus in mundo multi mali et multi boni. Boni vero bene possunt reduci in unam causam, mali autem non, quia nefas esset reducere malum in bonum; et etiam

sequeretur contradictoria esse in eodem. Ergo et cetera. Et sic verificabitur opinio illorum, qui dixerunt esse duos deos, quorum unus est causa omnium malorum, alter omnium bonorum. Alii autem fuerunt, qui dixerunt, quod nihil esset malum, quia deus
 5 est summum bonum, et a summo bono <non> possunt causari mala; et illi dixerunt quod deus <est> esse omnium. Ideo dixerunt nullum malum esse.

Oppositum arguitur: unius animati una debet esse anima substantialis. Mundus est huiusmodi. Ergo et cetera. Minor verificatur ab Aristotele in I. Caeli et mundi, et arguitur ratione: si
 10 essent plures mundi, tunc omnia entia illius mundi oportet, quod sint eiusdem speciei cum isto mundo, aut ego nihil intelligo per hoc vocabulum, quod est mundus; et tunc sequeretur quod orbis rumperetur per adventum unius mundi super alium et hoc est
 15 inconueniens.

II. Quaestio est, utrum anima mundi sit forma alicuius corporis.

Videtur, quod sic.

1. Omne illud, per quod animatum esse habet primum, illud
 20 est sibi forma. Et anima et omnia in mundo esse habent per primum motorem. Ergo et cetera.

2. Praeterea: animati forma est anima. Sed mundus est animatus. Ergo anima mundi est forma alicuius corporis.

Oppositum: forma corporis mobilis non movetur per se,
 25 sed per accidens. Sed motor mundi non est motus per se nec per accidens, quia aliter non faceret motum aeternum, quia aliter posset se habere. Ergo non potest esse forma alicuius corporis.

4 esset] esse. 22 animatus] anima. 25 motus] materia. 26 faceret] *corr.*
ex faciret.

3-7 Auctor videtur alludere ad doctrinas Almarici Carnutensis (vel de Bènes, †1207), damnatas in Concilio Lateranensi IV. (D 433). H. Denifle et E. Chatelain, Chartularium Universitatis Parisiensis I, 70 n. 11. 10 Aristoteles De caelo et mundo I t. 76-95 (A c. 8 276a-278b 9). 25-26 Averroes Phys. VIII c. 52 (Venetiis 1483) fol. 144ra lin. 52-54: demonstravit quod primus motor totius non est motus nec accidentaliter nec essentialiter.

III. Quaestio est, utrum omne, quod dicitur de subiecto, sit in subiecto et e converso.

Auctor dicit, quod non; sed videtur, quod sic.

Omne accidens praedicatur de subiecto. Sed omne accidens est
5 in subiecto. Ergo et cetera.

Et conversum arguitur: omne universale est in partibus, sed omne, quod ponitur de subiecto, est in partibus. Ergo et cetera.

Oppositum dicitur in littera.

I. Ad ista est dicendum, cum quaeris, utrum anima mundi
10 sit una vel plures, dico, quod est una. Et ratio huius est: anima mundi est motor mundi, et motor mundi est ipse deus. Non est ergo nisi unus deus ut declaratur diversis viis. Ergo et cetera.

Primo sic: motus regularis et continuus non potest esse nisi unius. Sed motor mundi est huiusmodi. <Ergo> et unus. Nam
15 omnia recta sunt in mundo ut tempora et cetera talia. Ergo et cetera.

Praeterea dicitur in XI. Metaphysicae: ordinatorum ad invicem diversorum ordo non potest esse nisi ab aliquo uno. Nunc autem partes mundi ordinatae sunt ad se invicem, ut ista in-
124 va feriora accipiunt ordinem a superioribus || ut Aristoteles declarat in exercitu, qui accipit ordinem ab uno duce et ex eo etiam dicitur exercitus unus. Ergo ordo ipsorum non est nisi ab aliquo uno, et ad aliquem unum reducitur ut ordo exercitus non nisi a primo motore et ad primum motorem. Ergo et cetera.

25 Praeterea: si ponis duos motores, nullus illorum perfectissimus. Probatio: quia quod per superabundantiam dicitur, uni soli convenit, et etiam per hoc, quia perfectissimum est, cui nihil deest, et etiam patet ex hoc, quod solus deus perfectissimus est. Si ergo ponis duos, tunc unus vel alter non erit perfectissimus. Probatio:
30 quod per superabundantiam dicitur, uni soli convenit. Ergo et cetera.

Praeterea: in quolibet principatu, qui praesidet, unus est, qui semper desiderat unitatem. Unde qui praesidet principatui, ei

2 in] in *add.* 17 XI.] exemplo. 26 convenit] *convenis.* 29 tunc] *nam.* 33 unitatem] *veritatem.*

3 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 5 (A. Heysse 10,22-11,5). 8 ibidem. 17-22 Aristoteles Met. XI t. 52 (A c. 10 1075a 11-19). 30-31 Aristoteles Top. V (E c. 5 134b 24) PL 64,963 A.

debetur unitas. Nunc autem talem ponimus primum motorem. Ergo et cetera.

Ad rationes in oppositum dicendum ad primum, cum dicis: eadem est anima mundi et partium, dico quod verum est, sed non
 5 eadem in toto. Cum ergo dicis in minore: animae partium mundi sunt plures, verum est. Non ergo oportet, quod mundus habeat plures. Nam eo modo, quo mundus habet animam, eo modo et partes.

Ad aliud cum dicis: plura bona magis sunt ponenda, verum
 10 est, si illa plura bona non habeant unum summum bonum et optimum.

Ad aliud, quod arguis tertio, motor mundi vel anima est causa omnium, verum est. Ad minorem, cum dicis: non enim ipse est causa mali, dico quod malorum et bonorum est una causa,
 15 quia prima est <et> providentiam habet de omnibus. Unde notandum, quod deus est causa omnium, sed diversimode. Est enim causa boni per se et primo, mali autem per accidens, et hoc non est impossibile. Unde providentia mali fit per accidens, et <si> tu dicis, malum non reducitur ad bonum vel ad deum, dico quod
 20 non <ad> causam per se, et eo modo, quo habet esse, eo modo habet reduci ad bonum. Vides enim, quod interfectio omnis mala est, habet tamen reduci ad bonum ut quomodo leo pasceretur, nisi fieret interfectio cervi, et quomodo martyres fierent, nisi esset persecutio tyrannorum et multa talia.

25 **II.** Ad illud quod quaeritur, utrum anima mundi sit alicuius forma corporis, dico quod non. Et ratio huius est, quod semper est suum esse, illud non est alicuius forma vel esse. Nunc autem anima mundi est ipsum suum esse. Ergo et cetera. Et bene dico semper propter animam intellectivam.

30 **Praeterea:** forma corporis non est ipsum suum esse, sed principium esse sui corporis. Probatio: nam illud, quod est princi-

21 omnis] omni. 22 pasceretur] pascentur. 31 corporis] cordis.

16-17 Avicenna Met. IX c. 6 (Venetiis 1508) fol. 106va lin. 9-14: igitur bonitates, quae fiunt ex his rebus, fuerunt volitae prima voluntate secundum modum quo convenit dici deum velle res; et fuit volitum malum etiam secundum modum, qui est per accidens . . . bonum igitur iudicatum est per essentiam et malum est per accidens.

pium esse, non est ipsum esse. Sed anima mundi est ipsum esse. Ergo et cetera.

Praeterea: ex forma et ex eo, cuius est forma, resultat esse compositi. Partes autem cuiuslibet compositi, imperfectae sunt
 5 et in potentia respectu sui compositi. Sed anima mundi non est quid imperfectum. Ergo et cetera.

124 vb Praeterea: omnes res in mundo || <in> hoc communicant, quod omnes habent esse illud. Tunc: cui non potest fieri additio aliqua, per quam deveniretur ad aliquod compositum, illud non est forma
 10 alicuius. Nunc anima mundi est huiusmodi. Nam ei non potest fieri additio aliqua. Ergo et cetera.

Ad rationes dicendum, cum dicis: illud, per quod animatum habet esse et cetera, quod aequivocas per. Nam haec dictio per dicitur tot modis, quot sunt causae. In maiore enim accipitur
 15 prout dicit circumstantiam causae formalis, sic vera; in minore prout dicit circumstantiam causae <efficientis>, sic falsa.

Ad secundum, cum dicis: animati anima haec sibi forma, sed mundus est animatus, ergo et cetera, dicendum, quod aliquid esse animatum, hoc est dupliciter: aliquid est animatum anima, quae
 20 sibi est forma, et aliquid animatum anima, quae est motor, et sic secundo modo mundus est animatus et sic concedo.

III. Ad aliud, quod quaerebatur, utrum omne, quod dicitur de subiecto, sit in subiecto et e converso, dico: cum auctor dicit omne, intelligit ut accidens in subiecto et non ut forma univer-
 25 salis, et cum dicitur: de, intelligit esse universale. Cum autem dicis: omne accidens praedicatur de subiecto, <dico>, si accipis praedicari de subiecto de genere formarum universalium, falsum est; si autem accipis subiectum respectu formarum actualium, sic bene et per hoc patet solutio ad secundum argumentum.

30 *Quaestio 8*

Quaestio est, utrum anima mundi sit omnibus esse commune et forma.

Et arguitur, quod sic.

8 aliqua] aliquam. 10 Nunc] nam. 12 dicendum] quod aequivocas *add. et del.*
 13 haec] hoc. 19 animatum²] anima tamen. 21 concedo] *hic immediate sequitur* Quaestio 8. 24 omne] omnem.

1. Esse, quod nulli est proprium, illud est forma omnium. Nunc autem esse, quod est anima mundi, nulli est proprium. Ergo et cetera. Probatio minoris: illud, quod solum est in ratione et quod non recipit additionem, per quam magis contrahatur ad
 5 unum quam <ad> aliud, nulli est proprium. Nunc autem esse, quod est anima mundi, est huiusmodi. Ergo et cetera. Nam si reciperet additionem, tunc non esset perfectissima.

2. Item: simplicissimum in termino simplicitatis, hoc omnes animam mundi esse profitentur. Sed unumquodque compositum,
 10 si non fiat resolutio in infinitum, habet devenire in unum simplicissimum. Ergo et cetera.

Ad illud quod arguis primo: esse, quod nulli est proprium et cetera. Ad minorem, cum dicis: anima mundi nulli est proprium, <dico, quod non est proprium> alicuius corporis, et tu dicis: illud,
 15 quod solum est in ratione et cetera, dico quod non recipit formam, sed privatur omni forma.

Ad illud quod dicis secundo: simplicissimum in termino, verum est. Simplicitas autem animae mundi non tribuit ei, quod sit ubique per essentiam. Unde cum dicitur: deus est ubique,
 20 verum est sicut causa in quolibet suo effectu et non ut forma in materia.

Quaestio 9

I. Quaestio est, utrum universale praedicetur de singularibus. Videtur, quod non.

25 1. Oppositum non praedicatur de eius opposito. Hoc esset in proposito. Ergo et cetera.

2. Praeterea: si universale praedicaretur de singularibus, iam esset universale singulare. Probatio: nam omne, quod praedicatur de singularibus, est in singularibus. Ergo et cetera.

30 Oppositum patet per auctorem et etiam arguitur ratione. Universale praedicatur de pluribus. Sed illa plura non sunt <nisi> singularia. Ergo et cetera. ||

4 quam] quod. 7 esset] est. 10 si] sed. 18 verum] vecum. 21 materia] hic in manuscripto sequuntur verba Ad aliud . . . secundum argumentum (Quaestio 7, p. 289,22-29).

31 Universale praedicatur] corr. ex praedicatur universale. praedicatur] ponitur.

30 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 5 (A. Heysse 11,5).

125 ra II. Quaeritur, utrum omnis forma particularis sit sensibilis. Videtur, quod sic.

1. Omne particulare est particulare per materiam. Sed omnis materia est sensibilis. Ergo et cetera.

5 2. Praeterea: universale et particulare opponuntur, <et insensibile et> sensibile opponuntur. Sed omnis forma <universalis> videtur insensibilis. Ergo omnis forma particularis <est sensibilis. Probatio: si oppositum de opposito et propositum de proposito.

III. Quaeritur, utrum> universale sit sensibile.

10 Et videtur, quod sic.

1. Homo est universalis et homo est sensibilis. Ergo et universale est sensibile per aliquam formam. Ergo et cetera.

2. Et confirmatur ratio: sensus sentit colorem. Ergo hunc colorem. Sed color est universale. Ergo sensus videt universale.

15 Ergo et cetera.

Dicendum ad ista: I. Ad primum cum dicis: universale praedicaturne de singularibus, dico, quod differt quaerere, utrum universale absoluto sermone praedicetur de singularibus, et utrum universale secundum quod universale praedicetur de singularibus.
 20 Si primo modo, dico quod tunc universale praedicatur de singularibus, universale scilicet prout res absoluto sermone considerata vel universale pro re subiecta universalitati. Si secundo modo consideras universale secundum quod universale, dico tunc quod non, quia tunc oppositum praedicaretur de opposito, ut ratio pro
 25 illa parte concludit. Et ratio huius est: de quocumque praedicatur aggregatum, et quaelibet pars aggregati, ut cum dico: Socrates est homo albus, homo <albus> est aggregatum et praedicatur de Socrate. Ergo verum erit praedicari quamlibet eius partem ut Socrates est albus et Socrates est homo. Sic hic universale secun-
 30 dum quod universale, est aggregatione ex re et intentione. Si ergo universale secundum quod universale, quod est aggregatum, praedicaretur de singularibus, tunc etiam quaelibet pars eius ut intentio praedicaretur de eis, quod falsum est. Ergo et cetera. Et

4 sensibilis] particularis. 14 universale²] hominem. 17 differt] refert. 23 quod³] quadam. 25 ratio] *superscr.* de] declaratio.

8 Aristoteles Topic. IV (Δ c. 4 124b 4-5) PL 64,947 C.

ideo nec homo secundum quod species nec animal secundum quod genus praedicantur de individuis.

Iuxta quod nota triplicem acceptationem nominis. Primo modo secundum quod esse habet in supposito, et sic habet determinatam suppositionem. Secundo modo secundum quod sumitur, quod esse habet in anima, ut sunt intentiones, sic habet confusam suppositionem. Tertio modo secundum quod ipsa absolvitur ab utroque, et hoc modo ponitur in subiecto et illo modo <non> aliam habet suppositionem quam illa homo est animal vel animal est genus.

Ad rationes in oppositum dicendum, cum dicis: oppositum non praedicatur de opposito, verum est. In minore cum dicis: universale et singulare opponuntur, verum est in quantum universale de particulari non praedicatur; universale autem absoluto sermone consideratum prout est sub ista intentione bene praedicatur. Unde secundum illud quod aliqua opponuntur aliquibus, secundum illud praedicari non possunt. Per hoc patet solutio.

Ad secundum, cum dicis: iam si universale praedicaretur de singularibus, universale esset singulare, non sequitur, et tu probas: omne, quod praedicatur de singularibus, est in singularibus, bene volo, non autem ut accidens, sed ut forma. Unde quod sic inesset, non erit particulare. Nam hoc est, quod auctor superius dixit quod illud, quod praedicatur de, non est in et cetera.

II. Ad aliud quod quaeris secundo, utrum omnis forma particularis sit sensibilis, dico, || quod particulare possumus dupliciter considerare: quoddam est particulare per formam, in cuius natura non est aptum natum cadere <dimensiones>, et ista particularia non sunt sensibilia nec possunt sensu comprehendi. Aliud est particulare per materiam, in cuius natura aptum natum est cadere istas dimensiones, et ista particularia sunt sensibilia. Et

3 nominis] non. 7 quod] ab *add.* 8 modo¹] modus. 15 consideratum] considerato. 19 singulare] et *add. et del.* 21 non] nam. 22 esset] esse.

3 sq. Guilelmus de Shyreswode Introductiones in logicam V, De proprietatibus terminorum (ed. M. Grabmann 77,10 sq.): Nota triplicem modum suppositionis simplicis. 22-23 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 1 n. 5 (A. Heysse 11,5).

iuxta hoc quaedam forma est particularis vel sensibilis, quaedam insensibilis.

Ad rationes in oppositum dicendum ad maiorem, dico quod non est verum, quod omne particulare sit particulare per materiam, sed solum particularia ista in cuius natura aptum natum est et cetera.

Ad secundum, cum dicis: universale et singulare opponuntur, et sensibile et insensibile, et probas per verba ista: si oppositum de opposito et propositum in proposito. Hic est duplex defectus: cum dicis universale et singulare opponuntur, dico quod falsum est universale pro re subiecta intentioni, sed universale in quantum universale. Non autem loquimur de universali pro intentione sumpto, sed pro re. Secundus est, cum dicis: sensibile et insensibile opponuntur, dico quod falsum est, et tu probas per illam maximam: si oppositum de opposito et cetera. Dico quod vera est illa maxima in eodem genere oppositionis.

III. Ad illud quod quaeritur tertio, utrum universale sit sensibile, dico quod non. Ratio huius: universale non potest comprehendi a sensu, particulare vero bene. Ergo et cetera. Praeterea: omnis actio sequitur formam agentis, et omnis passio sequitur formam patientis; ex hoc formo rationem: comprehendere <sensu> aut <comprehendi> a sensu, hoc est sua actio vel passio. Ergo agere et pati suum erit materia. Ergo et cetera.

Ad rationes in oppositum dicendum, cum dicis: homo est sensibilis et cetera, non: homo <est sensibilis> secundum quod homo vel non: secundum quod debetur ei hoc nomen, quod est aliquid, sed bene: homo est sensibilis secundum quod debetur ei hoc nomen, quod est hoc aliquid. Unde notandum quod <secundum> Aristotelem ista differunt: scilicet quid, aliquid et hoc aliquid, et etiam videtur innuere in I. Elenchorum ante illam partem: Falsum autem est in aliquo ostendere, cum dicit: nam

4 quod] quia. 11 intentioni] intentio. 22 aut] autem.

29-31 Aristoteles Categ. 5 (3b 10-23) Boethius In categorias Aristotelis I, PL 64,194 B-C. 31-2 (p. 294) Aristoteles Soph. Elench. I (A c. 12 172 b 10; c. 11 172a 31-32) PL 64,1021 C; 1021 A.

omnes usque ad quid conantur et cetera, quid habet nomen generis. Unde et dicimus, quod genus est, quod ponitur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, aliquid <nihil> aliud nominat nisi speciem, hoc aliquid nomen est individui.

5 Et tu confirmas rationem, cum dicis: visus videt colorem. Ergo hunc colorem. Ad hoc dicendum quod tu facis fallaciam accidentis et est simile ac si diceres: visus videt colorem; hic color est universalis. Ergo visus videt colorem in universali, dico quod colorem esse universale est attributum, hic color vero res
10 subiecta. Per hoc patet solutio illius.

Quaestio 10

125 va I. Quaeritur nunc in speciali de actione et passione, || utrum sint principia.

Et videtur quod non.

15 Principiata non sunt principia. Sed actio et passio sunt huiusmodi. Maior patet. Probatio minoris: nam passio est principiata ab actione, actio ab agente et sic de aliis. Ergo et cetera.

Oppositum patet in littera.

II. Quaeritur secundo, utrum actio sit distincta vel distinctum principium a passione.
20

Et videtur, quod non.

Quae sunt unum numero, non possunt esse diversa principia in genere. Ista sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet: nam quae sunt eadem numero, non possunt esse diversa in genere.
25 Sed actio et passio sunt idem motus. Probatio: nam ille actus, qui est agentis, ille recipitur in passo.

Oppositum patet in littera.

III. Quaeritur tertio, utrum actio et passio sint unus actus in numero.

30 Videtur, quod non.

3 aliquid] ad. 6 hunc] habet. 9 vero] *superscr.*

12 Quaeritur] *corr. ex* quaestio. 25 Sed] nam. ille] motus *add. et del.*

18 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 6; c. 3 n. 10 (A. Heysse 12,6 sq., 15,10 sq.). 27 l. c.

1. Diversa in genere et in specie, non possunt esse unus actus in numero. Actio et passio sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Constituunt enim diversa generalissima.

2. Praeterea: diversis potentiis numero correspondet diversus actus. Sed potentia activa et passiva sunt diversa. Ergo eis correspondent diversa. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur. Actio est, qua agit agens et passio est, qua patitur patiens. Sed ille actus utrobique est idem. Ergo actio et passio unum sunt in numero.

10 IV. Quaeritur quarto, utrum actio secundum quod actio requirat aliquod subiectum.

Et videtur, quod non.

1. Illud, cuius ratio causaliter <habetur> ex comparatione sui ad subiectum in quantum tribuis ei esse in subiecto, dicitur passio.

15 2. Praeterea: illud, quod non habet esse nisi per respectum ad potentiam activam et agens, si non est in agente tamquam in subiecto, non requirit aliquod subiectum. Actio est huiusmodi. Actio enim non est in agente. Nam si <sic>, sequeretur, quod omne agens moveretur et cetera.

20 Oppositum arguitur: quod non requirit subiectum, est substantia. Sed accidens non est substantia. Ergo et cetera. Praeterea: omne accidens requirit subiectum. Actio est accidens. Ergo et cetera.

I. Dicendum ad primum, cum dicis, utrum actio et passio
25 siunt principia, dico, quod sic. Et duplex est principium: quoddam in essendo et aliud in cognoscendo. Principium in essendo reducitur ad aliquam causam. Principia vero in cognoscendo non sunt particularia, sed universalia. Non enim principia in cognoscendo sunt principia in essendo, sed bene e converso: quae-
30 cumque sunt principia in essendo, sunt principia in cognoscendo. Ex hoc ad propositum, cum dicis: utrum actio et passio sunt principia, dico, quod sunt principia <in> cognoscendo universalia, et non in essendo.

7 est²] in. 13 causaliter] tollitur. 14 ei] eis. passio] passo. 19 moveretur] moventur. 27 causam] et add. 32 universalia] particularia.

18-19 Aristoteles Phys. III t. 19 (Γ c. 3 202a 26-30).

Ad rationes, cum dicis: principiata non sunt principia, verum est in illo genere, et cum dicis, quod sunt principiata, non (principia, dico quod sunt principiata non) in cognoscendo, sed tantum in || essendo.

5 II. Ad illud quod quaeris secundo, utrum sint distincta principia, dico quod sic. Et ratio huius est: actio est motus, et motus requirit duas causas, causam motivam et mobilem, id est requirit quod movet et quod movetur. Ex his sequitur, si illa duo non sunt eadem ratione, quia aliud esse fundatur in motu secundum quod est ab agente, et aliud secundum quod est a patiente, quod illa duo non erunt unum in ratione ut in esse. Ex his sequitur etiam, quod actio et passio non sunt unum in genere, sed distincta. Et formo sic rationem: quaecumque sunt diversa in genere neque habent rationem unam, illa sunt diversa in specie. Ipsa sunt huiusmodi ut esse ab agente et esse (a) patiente; non sunt eadem in ratione et etiam sunt diversa in genere.

Praeterea: quaecumque habent diversas rationes non solum specificas, sed primas generalissimas in suis generibus, sequitur, quod illa sunt diversa generalissima. Actio et passio sunt huiusmodi. Ergo et cetera. Nam lectio et percussio et quaecumque talia, actiones sunt et non convertitur; similiter legi et percuti (passiones sunt) et non convertitur. Ergo et cetera. Rationes pro illa parte concedo.

Ad alias, cum dicis: quae sunt unum in numero, non possunt esse diversa in genere, ad hanc per interemptionem respondeo: unum multis modis (dicitur) sicut idem: unum genere, unum specie, unum accidente ut album et musicus.

III. Ad aliud, quod quaeris tertio, utrum actio et passio sint unus actus numero, dico quod agens agit in passum triplicem actum. Primus: quod actus est agens secundum quod est aliquid in actu et etiam passum. Probatio: nam nihil agit agens nisi quod est in actu. Similiter et patiens nihil passum, et ille est diversus. Secundus est secundum quem agit agens et secundum quem

2 cum] tu. sunt] sicut. 3 tantum] tamen. 9 quia] quod. 13 formo] forma. 18 generalissimas] verissimas. 33 quem¹⁺²] quam. quem²] agit vel *add.*

patitur patiens, sed diversimode ita quod unius tamquam perfecti, alterius tamquam imperfecti. Ille est idem in specie, non autem in numero. Tertius est, quem agit agens et quem recipit patiens. Ille est utriusque potentiae tamquam activi principii
 5 tamquam subiecti. Ex his ad rationes et concedenda ratio pro prima parte. Secundo si quaeris, actus secundum quem agit agens et secundum quem patitur patiens, estne unus in numero prout est utriusque tamquam subiecti? Dico, quod non; tertio <modo> autem sumendo actionem et passionem sunt idem actus in numero,
 10 et ambo sunt <in> passo ut vult Aristoteles III. Physicorum.

Ad rationes in oppositum ad primam, cum dicis: diversa in genere et in specie et cetera, verum est: actio et passio sunt huiusmodi, dico quod falsum est, sed <sunt> eadem in specie. Quomodo autem actio et passio erunt eadem in specie, difficile
 15 est videre.

Ad secundum, cum dicis: diversis potentiis et cetera, dico ad maiorem, verum est: diversis potentiis activis et passivis. Diversis autem potentiis, quarum una est activa et alia passiva,
 126 ra bene || respondet unus actus. Per hoc patet solutio.

20 IV. Ad illud quod quaeris quarto, utrum actio secundum quod actio requirit subiectum, dico quod sic ratione praetacta, scilicet accidens requirit subiectum. Actio est accidens. Ergo et cetera. Praeterea: quod non est in subiecto, est substantia. Actio autem non est substantia. Ergo et cetera. Praeterea: hoc est
 25 quod arguitur et redit in idem: quod non est per se subsistens, sed ens in quo, illud requirit subiectum. Actio est huiusmodi ut patet.

Ad rationes in oppositum dicendum, cum tu dicis, quod causaliter habet rationem suam, dico ad maiorem per interemp-
 30 tionem, quod actio non dicitur nisi in comparatione ad agentem. <Ad minorem,> cum dicis, non est in agente tamquam in subiecto, dico dubie, quod forte falsum est. Nam dubium est, in quo sit actio tamquam in subiecto.

3 quem²] quam. 4 principii] si *add.* 6 prima] illa. Secundo] unde. quem] quam. 8 subiecti] de *add. et del.* 10 Physicorum] Ethicorum. 14 eadem] eadem. 16 cum] cum *add.* 25 in] illud *add. et del.* 29-30 ad—interemp-
 tionem] *post* agentem *transp.*

9-10 Aristoteles Phys. III t. 18 (Γ c. 3 202a 17-18); t. 20 (Γ c. 3 202b 5-8).

Ad secundum, cum dicis: illud quod amittit rationem actionis, illud non requirit subiectum, concedo. (Sed cum dicis): actio est huiusmodi, ad hanc est respondendum per interemptionem, quod non est verum.

5

Quaestio 11

I. Quaeritur, utrum motus per essentiam sit in praedicamento actionis.

Et videtur, quod sic.

Illud, quod respondetur ad interrogationem factam per quid, 10 si non est species, est eius genus. Actio est huiusmodi. Ergo et cetera. Actio enim non est eius species ut patet. Nam est generalissimum. Generalissimum autem est nullius species.

Oppositum arguitur: quale non est in praedicamento actionis. Motus autem est quale ut dicit ille auctor in capitulo de 15 actione: Non est autem motus actio, sed quale. Ergo et cetera.

Praeterea: quod in sua ratione non includit, quod sit ab agente, hoc non est in praedicamento actionis. Nam motus unde motus non includit in sua ratione, quod sit ab agente. Ergo et cetera.

Praeterea: quod nullam essentiam alicuius determinate impor- 20 tat, nullius generis est. Probatio: nam terminus motus unde motus indifferenter est qualitas, quantitas et cetera. Motus enim est huiusmodi. Ergo et cetera. Nam (est) motus, qui est alteratio ad qualitatem, motus qui est mutatio ad ubi, ad locum et cetera.

II. Quaeritur, in quo sit actio tamquam in subiecto.

25 Videtur, quod in agente.

1. Accidens enim denominativum est sui subiecti. Nunc autem actio non est denominativa subiecti passivi, sed activi. Ergo et cetera. Probatio, quod non potest denominare passum: percutiens

1 quod] *superscr.*

9 respondetur] requiritur. 10 eius] *corr. ex eius.* 13 Oppositum arguitur] praeterea. 14 auctor] actor. 16 Praeterea] oppositum arguitur. includit] includitur. 23 mutatio] alteratio. 26 denominativum] denominativa. Nunc] nec.

14-15 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 7 (A. Heysse 13,16-17).

et percutere actiones <sunt> et non denominant passionem et sic de singulis. Ergo actio non est passio, et cetera.

2. Praeterea forma, secundum quam formaliter agit agens est in agente sicut in subiecto. Nunc autem actio est huiusmodi.
5 Ergo et cetera.

3. Praeterea: sicut se habet actio ad actionem, sic passio ad passionem. Sed passio est in passo ut in subiecto. Ergo et actio in agente ut in subiecto. ||

126 rb Oppositum arguitur per Aristotelem in III. Physicorum, qui
10 dicit, quod actio et passio unus motus sunt et ambo sunt in passo tamquam in subiecto. Ergo et cetera.

Praeterea: accidens extrinsecus adveniens non est in suo effectivo principio ut in subiecto. Probatio: iam non esset accidens extrinsecus adveniens. Actio autem est accidens extrinsecus adve-
15 niens. Ergo et cetera.

Praeterea: actus, quem agit agens, si non agit ipsum in se ipso agente, tunc non est in agente tamquam in subiecto. Nunc autem actio est huiusmodi. Ergo et cetera. Probatio maioris: nam si sic, tunc doctrinas addiscere, cum sit agens in discipulum, sic agens
20 ageret in se ipsum quod est inconveniens. Solum enim ille addiscit, in quem agit doctrina.

I. Ad primum istorum dicendum, quod motus unde motus <non> est in praedicamento actionis. Et ratio huius est: nam alterum istorum duorum debet includere actio, scilicet ut a quo
25 est, alterum autem ut esse ab altero vel ambo. Nunc autem motus unde <motus> neutrum istorum in se includit. Actio autem unde actio ista vult habere; et etiam arguit alia ratio, quod est in aliquo praedicamento, est determinati generis. Motus autem non est determinati generis.

30 Ad rationes, cum dicis; <illud, quod> respondetur ad interrogationem et cetera, dico ad hanc per interemptionem, non sequitur, quia multa possunt responderi ad quid, quae tamen non

16 quem] quod. 17 Nunc] nec. 19 doctrinas] doctrinans. sic] si. 20 ille] qui add. 24 includere] scilicet add. 27 vult] corr. ex multum. arguit] argumenta.

sunt genus illius, ad quod respondetur, ut est aggregatum; ut cum dicitur, quid est Socrates, si est albus, bene respondetur: homo albus. Estne homo albus genus Socratis vel species? Certum neutrum. Sic in proposito. Ergo non sequitur.

5 II. Ad solutionem secundae quaestionis primo quaeratur, si placet, quid det esse actioni, utrum esse ab aliquo.

Videtur, quod non.

1. Quod convenit passioni, vel saltem quod commune est actioni et passioni, non dat esse actioni nec rationem. Esse ab
10 aliquo est huiusmodi. Convenit enim passioni vel saltem commune est utrique. Ergo et cetera.

2. Praeterea: illud, secundum quod agens agit in illud, quod sibi subicitur, hoc dat rationem et formam actioni. Esse ab aliquo non est huiusmodi. Ergo et cetera. Maior patet, ex definitione
15 actionis, scilicet quod actio est secundum quam in illud, quod subicitur et cetera.

Oppositum arguitur: omnis actio in motu est actio. Actio autem, quae determinat motum, duplex est: quaedam est esse ab alio et quaedam esse in alio. Esse in altero non dat esse
20 actioni. Ergo esse ab alio.

Ad ista dicendum est, quod esse ab aliquo dat esse actioni. Unde notandum, quod est motus duplex vel duo respicit, scilicet mobile et motum. Actio autem prout est in mobili aliam rationem habet et esse, quia tunc rationem habet passi. Dico ergo, quod
25 esse ab alio dat esse actioni, id est esse ab agente et illud, quod agit agens cum aliquo addito. ||

126 va Ad rationes dico, quod duae primae rationes bene probant.

Ad illud, quod quaesitum est, in quo sit actio tamquam in subiecto, dicendum, ex quo loquimur hic de actione in com-
30 muni, debes ei dare subiectum commune. Unde notandum, quod actio duplex secundum Aristotelem: quaedam transit extra in

1 respondetur] respondentur. 4 sequitur] ad illud quod arguitur quod nullam essentiam et cetera *add.* 18 quae] *corr. ex quod.* quaedam] quoddam. 19 quaedam] quoddam.

15-16 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 6 (A. Heysse 12,7-8): Actio vero est secundum quam in id quod subicitur agere dicimur. 31-2 (p. 301) Aristoteles Met. IX t. 16 (Θ c. 8 1050a 23-29).

passum, quaedam non transit in passum extra ut sunt actiones animae: disputare, intelligere et cetera. Nam intelligere non est nisi in intelligente. Unde vide, si vis actioni dare subiectum, quod transit in passum, tunc omne agens movetur, quod falsum est.

5 Unde etiam, si vis actioni dare subiectum commune, oportet quod conveniat omni actioni. Unde dico, quod non est in agente sicut in subiecto, sed in passo, et tunc nihil restat nisi solvere rationes.

Ad primam, cum dicis: omne accidens denominativum est
10 et cetera, notandum quod duo solent dicere: uno modo est in agente sicut in subiecto, alio modo in passo. Dico ergo ad rationes, cum dicis: omne accidens denominativum est sui subiecti, verum est ut est sui subiecti. Sic denominativum est sui subiecti; sed cum dicis: actio non denominat, dico quod sic, sicut cuius ter-
15 minus est subiectum.

Ad secundum, cum dicis: forma, secundum quam agit et cetera, dico quod verum est: forma secundum quid formaliter agit ut calor, qui est in igne. Ad minorem per interemptionem, cum dicis: actio est huiusmodi, dico, si intelligas formaliter, verum
20 est, non autem effective, concedo. Nam actio est secundum quam, <in id quod> subicitur, agere dicimur effective. Vel potest dici, quod haec propositio secundum <significationem> aequivocatur. Formaliter enim potest intelligi vel effective, et expone definitio-
nem actionis et videbis, quod intelligenda est effective.

25 Ad tertium, cum dicis: <sicut> se habet actio et cetera, si intelligas in ratione effectivi principii, volo; si non, falsum erit et tunc interimo.

Quaestio 12

I. Quaeritur, utrum anima moveatur localiter.

30 Et videtur, quod sic.

1. Illud, quod mutat locum, movetur localiter. Animal move-
tur localiter. Ergo et eius anima.

9 denominativum] denominatum. 10 solent] solet. 12 denominativum] de-
nominatum. 20 est²] illud *add.* secundum] in. 21 dicimur] dici materiam.
25 cetera] cum.

29 moveatur] *corr. ex* vocatur a.

2. Praeterea dicit Aristoteles in Topicis: moventibus nobis moventur omnia, quae in nobis sunt. Ergo et cetera.

Oppositum dicit auctor in littera.

II. Quaeritur de forma in speculo, utrum sit aliquid.

5 Et videtur quod non.

1. Quod semel est aliquid, non nihil esse potest, ut dicit Birria. Nunc ergo forma illa potest aliquando esse nihil. Ergo et cetera.

2. Praeterea: sicut se habet umbra proiecta a corpore opaco ad corpus luminosum, ita forma in speculo ad solem <et> ad
10 illum qui inspicit. Sed illud est nihil. Ergo et istud. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: omnis effectus alicuius causae, si agitur ab ea cum aliqua duratione, est aliquid. Forma est effectus huius-
126 vb modi. || Ergo et cetera.

15 III. Utrum talis forma sit substantia vel accidens.

Et videtur, quod substantia.

Cuius est forma et figura et dimensio, illud est substantia. Substantia enim est illud, cui omnia ista accidunt. Forma est huiusmodi. Ergo et cetera.

20 Oppositum arguitur: omne illud, quod convenit alicui, postquam ens est in actu, illud est accidens. Forma est huiusmodi. Ergo et cetera.

IV. Quaeritur postea, in quo sit talis forma tamquam in subiecto, utrum in speculo.

25 Et videtur, quod non.

2 in] *superscr.* 3 auctor] actor. 6 Birria] Birrea. 13 duratione] *corr. ex.*
deliberatione. 18 accidunt] accidunt. 24 speculo] est *add. et del.*

1-2 Aristoteles Topic. II (B c. 7 113a 29-30) PL 64,930 B. 3 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 6 (A. Heysse 12,14-16). 6 Vitalis Blesensis Geta v. 174. *Verba sunt servi Birriae ad conservum Getam dicta:*

173 Hoc etiam didici quod res nequid ulla perire;

174 Quod semel est aliquid, hoc nichil esse nequid,

175 Cui semel esse datur, nunquam non esse licebit.

(ed. Étienne Guilhou dans G. Cohen La «Comédie» latine en France au XII^e siècle, tome I, Paris 1931 p. 41).

1. Accidens movetur ad motum sui subiecti. Sed speculo immobili manente forma per obiectum movetur. Ergo et cetera.

2. Praeterea: in eo est forma tamquam in subiecto, ad cuius motum movetur. Sed hoc est in obiecto. Ergo et cetera.

5 Oppositum arguitur: in illo est tamquam in subiecto, in quo apparet. Sed in speculo apparet. Ergo et cetera.

Ad ista est dicendum:

I. Ad primum, cum dicis: potestne forma moveri localiter, dico: aliquid <potest> moveri dupliciter, per se vel per accidens.

10 Per se movetur, quod per se subiectum est motus localis. Sic non movetur anima. Alio modo per accidens. Et hoc iterum potest fieri dupliciter, ita quod ille motus possit separari ab ipso ut est in nauta, qui movetur per navem. Ille motus potest separari ab ipso, quia potest exire navem et moveri per se; et similiter in
15 clavo, qui fixus est in rota: movetur per accidens, moveri etiam potest per se ut ad centrum terrae, qui motus sibi est naturalis. Alio modo cum non potest separari ab eo ille motus per accidens, ut est in generatione formarum ut accidentium. Tunc ad propositum, cum quaeritur, utrum moveatur, dico quod sic, sed per
20 accidens et non per se. Probatio huius: omne, quod movetur <per se>, oportet quod partem habeat ad terminum ad quem et partem a quo. Omne tale est divisibile. Sed anima non est divisibilis. Ergo et cetera. Sed bene movetur per accidens, sicut aliae formae in corpore et non ut nauta in navi, a quo motus ille est
25 separabilis.

Ad rationes dicendum, quod bene movetur per accidens. Et debes scire, quod illud, quod semper est in eadem dispositione vel numquam, aptum natum est habere dispositionem, in qua movetur.

30 II. Ad illud quod tu quaeris secundo, utrum illa forma in speculo sit aliquid, dico quod sic. Nam sensus iudicat illud esse aliquid. Ergo est aliquid.

1 Accidens] et *add.* movetur] *corr. ex materia.* 9 moveri] *corr. ex movere.*

15 moveri] movibus? 18 generatione] genere. 19 moveatur] meveatur.

1-2 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 6 (A. Heysse 12,24-13,2).

Ad rationes, cum dicis; sicut se habet umbra et cetera, dico ad hanc per interemptionem, quod non est simile, quia umbra est ibi pura privatio, quod patet per colorem et absentiam suae causae. Quae est sua causa? Hoc est corpus opacum mediante
5 corpore luminoso. Habet enim duas causas, scilicet corpus opacum et luminosum. Aliter autem est <in> forma. Generatur enim per praesentiam sui obiecti.

Ad secundam, cum dicis: quod semel est aliquid <et cetera>, 127^{ra} dico quod nihil dicit puram privationem || formae et materiae
10 subiectae, et cum dicis de forma, quod sit nihil purum, dico, quod forma manet aliquid in subiecto. Non enim corrumpitur in nihil purum, quod ita nec manet materia nec forma, immo manet subiectum forma corrupta.

III. Ad illud, quod quaeris postea, utrum talis forma sit
15 substantia vel accidens, dico quod accidens. Nam illud est de ratione accidentis, quod adveniat post suum esse completum. Sic est de forma. Ergo et cetera.

Ad rationes, cum dicis: illud, cuius est forma, dimensio et cetera, verum est tamquam subiecti, non autem ista formae
20 <accidentali accident>, sed substantiali.

IV. Ad illud, quod quaeritur postea, in quo sit talis forma sicut in subiecto, utrum in speculo, dico quod sic.

Notanda sunt duo: primo quod omne agens, si habet formam, per quam agit et subiectum aptum natum recipere illum
25 actum, similem recipit formam activam, per quam agit. Apponatur ei aliquid, quod sit aptum natum recipere illum actum ut combustibile vel aliquid aliud, similem formam in illo denominabit. Sic in proposito in ipso speculo. Et quare tunc perspicuo non generatur forma? Vide secundum, quod requiritur, scilicet quan-
30 documque debet generari aliqua forma, oportet, quod illud in quo debet generari, <sit> tensus et planum et spissum et opacum reflectens ipsam formam. Talia sunt in speculo. Ergo et cetera.

Ad rationes, cum dicis, accidens non potest moveri nisi moto

6 autem] enim. 7 sui] subiecti *add. et del.* 10 cum] tu. 16 accidentis] accidens. 18 dimensio] admensio. 20 substantiali] speciali. 23 Notanda] notandum. 30 generari] *corr. ex* generarei. 32 Talia] alia.

suo subiecto, verum est, et cum dicis speculo immobili permanente <et cetera>, dico per interemptionem, forma ibi non movetur, sed generatur et corrumpitur. Unde nota, quod quaedam formae requirunt sua principia effectiva quantum ad finem, ut
 5 pater ad generationem filii et artifex in aedificatione domus. Aliae sunt formae, quae non solum requirunt ad finem, sed etiam ad servationem sui; ut lumen, si ponis in domo, ut illuminet, non solum sufficit suum fieri, sed etiam sua causa conservans. Oportet ergo, ut ipsum lumen conserves. Ad suum enim esse non solum
 10 sufficit suum fieri, ut dictum est, sed et conservatio eius.

Per illud idem patet solutio ad secundum, cum dicis: in illo est tamquam in subiecto, verum est. Ad minorem, cum dicis: movetur ad motum obiecti, falsum est, immo tunc corrumpitur et a novo generatur.

15

Quaestio 13

I. Quaestio est, utrum passio sit effectus actionis.

Videtur, quod non.

Illa, quae sunt idem actus in numero, unum illorum non potest
 127 ^{rb} esse effectus alterius. Actio et passio sunt huiusmodi. Ergo et
 20 cetera. Probatio maioris: nam effectus in sua causa debent differre per essentiam.

Oppositum patet in littera.

II. Secundo quaeritur, utrum aliquid quanto animantius sit, tanto passibilis.

25 Et videtur, quod non.

Quanto enim aliquid est animantius, tanto magis est ens secundum formam. Quanto magis enim aliquid est ens <secundum> formam, tanto magis est <secundum> actionem, et quanto magis est actio, tanto minus passibile. Ergo et cetera.

30 Oppositum dicit in littera.

1 cum] tu. 2 movetur] *corr. ex materia.* 5 generationem] *corr. ex generoationem.* 13 movetur] *corr. ex moveatur.*

18 sunt] *superscr.* 23 quaeritur] *arguitur.* 28 quanto] *et add. q̄i add. et del.*

22 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 3 n. 10 (A. Heysse 15,10). 30 l. c. (A. Heysse 15,11-14).

III. Tertio quaeritur, utrum odire et amare, ut dicit littera, significant passionem.

Videtur, quod non.

Omne, quod denominat subiectum sub voce activa, significat actionem. Ista sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

Oppositum dicit in littera.

IV. Quaeritur quarto de quando, utrum sit principium.

Videtur, quod non.

Principiatum non <est> principium. Quando est principiatum. Ergo et cetera. Probatio minoris: quod habet causam, principiatum est. Quando habet causam ut tempus. Quando enim a tempore causatur. Ergo et cetera.

Oppositum dicit auctor in littera.

V. Quinto quaeritur, utrum sit distinctum principium ab aliis.

Videtur, quod non.

1. Sicut se habet qualiter ad qualitatem, sic quando ad tempus. Sed qualiter non est distinctum a qualitate et aliis. Ergo nec quando.

2. Praeterea: effectus et sua causa debent esse eiusdem generis. Sed quando est effectus temporis. Ergo et cetera.

3. Praeterea: quae est proportio causae ad causam, talis est causati ad causatum. Ex hoc forma rationem. Ergo et cetera.

I. Ad ista est dicendum, cum quaeris, utrum passio sit effectus actionis, dico quod sic. Et ratio huius est: omne, quod respondetur de aliqua actione <et> passione ad interrogationem factam propter quid, hoc est eius causa. Ut cum dicitur: propter quid venisti? ut saner. Propter quid comedis? ut satier. Hoc fit de passione. Ergo et cetera. Praeterea: passio non est sibi ipsi sufficiens, <nec actio>; sed agens non agit illud, per quod <agit> et sine quo non agit, <nisi agit> passionem. Et hoc est eius causa. Ergo et

4 denominat] denomina. 13 oppositum] arguitur *add. et del.* auctor] actor. 22 causae] esse. causam] causatum. 28 cum] *com add.* 28-29 Hoc—cetera] *post causa (27) transp.*

cetera. Praeterea: actum esse ab aliquo, hoc est in causa suscipi ab aliquo ut in passo. Esse actum ab agente non est nisi actio. Recipi autem ab aliquo non est nisi passio. Ergo et cetera.

Ad rationes, cum dicis: illa, quae sunt idem actus in numero
 5 et cetera, <concedo>. Ad minorem cum dicis: actio et passio et cetera, verum est uno modo, alio modo non. Vide ergo, utrum sit idem actus in numero prout est ab agente et prout recipitur a passo. Patet, quod non. Nam prout est ab agente, est actio; prout autem recipitur a passo, est passio.

127 va II. Ad illud quod quaeris secundo, utrum || quanto aliquid animantius et cetera, dico, quod sic. Et nota, quod duplex est passio: <una>, quae est cum corruptione facta a contrario et haec est realis; alia est exitus rei a sua perfectione. Ex hoc ad propositum, cum quaeris: quanto aliquid animantius et cetera, estne
 15 tanto passibilis, dico, quod sic utraque passione. Et ratio huius est de prima <passione> quia quanto aliquid minus habet de resistantia calidi, frigidi, humidum, sicci, tanto magis est passibile. Illud quod est animantius <est huiusmodi>. Et huius probatio est: quanto enim aliquid magis animantius, tanto magis vadit ad tem-
 20 perationem et tanto magis recedit ab excellentiis qualitatum tangibilium, et illa sunt, per quae resistit actionibus aliis. Ergo et cetera. De secunda passione. Probatio: quanto aliquid animantius, tanto plures virtutes habet animae et potentias, et quanto plures potentias habet, tanto plures perfectiones, et quanto ali-
 25 quid plures perfectiones habet, tanto citius potest exire a sua perfectione, et sic secunda passio erit vera de illo.

Ad rationes in oppositum dicendum, quod maiorem concedo. Ad minorem: unde verum est consequenter vel mediate vel immediate.

30 III. Ad illud quod quaeris tertio, dico quod sunt passiones. Et ratio huius est ipsorum definitio, quae est: amare est velle alicui bonum, quod putat bonum et hoc sui gratia et hoc facere in quantum potest. Per oppositum: odire est velle alicui

6 sit] sicut. 16 de prima] et primi. 19-20 ad temperationem et tanto magis recedit] *mg.* 31 est¹] quod *add.* 32 alicui] aliqui.

malum quod putat malum et hoc facere quantum potest et hoc sui gratia. Sed sciendum, quamvis sunt passiones ista, tamen sunt principia multarum actionum vel causae. Vide ergo, quamvis amans, amat vel amare significet actionem, tamen est passio animae et etiam principium multarum actionum, et etiam dicit Priscianus, quod sub voce activa passionem significat.

Ad rationes dicendum per Priscianum, cum dicis: omne, quod denominat subiectum sub voce activa, significat actionem, immo sub voce activa significat passionem.

10 IV. Ad illud, quod postea quaeritur, utrum quando sit principium, dico quod sic et etiam distinctum. Et ratio huius est: omne, quod ponit dispositionem aliquam realem in subiecto ulteriore, qua sit aliquid sui generis, et distinctam respectu omnium aliorum alterius praedicamenti, illud est principium et distinctum. 15
 20 Quando est huiusmodi. Ergo et cetera. Quod ergo ponat dispositionem, probatio: cum dico: ego sum hodie, fui heri, ero cras, iam pono dispositionem in subiecto; quod etiam distinctam: probatio: nam cum dico: ego sum hodie, iam illud enuntiatum est distinctum ab hoc quod dico: ego sum hic, vel: ego sum substantia et cetera.

127 vb Ad rationes, cum dicis, principiatum non || est principium, verum est uno et eodem modo; dico quod est principium in cognoscendo omnia sui generis, sed est principiatum in essendo et hoc nihil prohibet.

25 V. Ad aliud, utrum sit distinctum, dico quod sic. Et ratio superius est tacta, cum dixi: omne quod ponit dispositionem et cetera.

Ad rationes: sicut se habet qualiter ad qualitatem, ad hanc per interemptionem, quod qualiter mihi nominat diversum quid 30
 a qualitate; sed cum arguis de quando esse in tempore, sic est principium et poteris considerare adverbialiter et nominaliter.

Ad illud quod arguis: cum dicis, effectus et sua causa debent

3 causae] causa. 4 amat] agat. 5 principium] principia. 8 quod] est *add. et del.* 9 voce] vose. significat] significant.

esse unius generis, non est verum de causa effectiva, sed bene arguis de causa formali.

Ad aliud, cum dicis: quae est proportio causae ad causam, dico quod proportio effectus ad effectum non est necessarie et 5 ideo nec in uno genere. Vel aliter: quod verum est de proportionabilibus et non effectivis.

Quaestio 14

I. Quaeritur, utrum quando sit naturae permanentis vel successivae.

10 Et videtur, quod successivae.

Cuius causa est successiva, et eius effectus. Causa autem quando est successiva ut tempus est. Ergo et cetera.

Oppositum arguitur: illud, quod manet in subiecto, quamdiu est subiectum, illud non <est> successivum. Quando est huius- 15 modi. Ergo et cetera. Probatio, cum dico: ego sum hodie et ero cras, quamdiu sum, verum est illud. Ergo et cetera.

II. Quaeritur, utrum ubi sit principium.

Videtur, quod non per rationem praetactam: principiatum non est principium. Ergo et cetera.

20 Quod non sit distinctum ab aliis. Probatio: <Qualitas> non est distincta ab aliis. Ubi est qualitas. Probatio: nam quiescere est ubi, et quiescere est quale per auctorem. Ergo et cetera.

Oppositum dicitur in littera.

III. Quaeritur, utrum anima sit in eodem loco cum corpore.

25 Videtur, quod non.

1. Quod non est in loco, non potest simul esse <cum> corpore in loco. Sed anima non potest esse in loco. Probatio: nam omne, quod est in loco, partem et partem habet ut a quo et ad quem, et omne, quod partes habet, est divisibile.

5 nec] nectur.

8 quando] quod. 18 principiatum] principatum.

18 cf. p. 306,9-12. 22 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 2 n. 7 (A. Heysse 13,17-18). 23 l. c. c. 5 n. 17 (A. Heysse 20,15 sq.).

2. Praeterea: plus conveniunt duo corpora quam corpus et anima. Sed corpus cum corpore non potest esse in eodem loco. Ergo nec anima cum corpore.

Oppositum patet.

5 IV. Quaeritur, utrum duae animae possunt esse simul in uno loco.

Videtur, quod non.

Quod non potest esse in loco, non est in loco cum alio. Sed cum una anima non potest esse in loco, ergo nec una cum alia.

10 Oppositum arguitur, quod duo corpora non possunt esse in eodem loco, hoc est <propter> reciprocam incompatientiam corporalitatis. Sed duae animae nullam habent incompatientiam.

128^{ra} Ergo || possunt esse in loco.

V. Quaeritur, utrum positio sit principium.

15 Videtur, quod non.

1. Relatio non est principium. Sed positio est relatio. Ergo et cetera. Nam positio dicitur positi positio.

2. Praeterea: differentia qualitatis non est principium distinctum. Positio est huiusmodi. Ergo et cetera.

20 VI. Quaeritur, utrum habitus sit principium.

Videtur, quod non.

Quod est postpraedicamentum et de prima specie qualitatis et relatio, non est principium. Habitus est huiusmodi. Ergo et cetera.

25 Oppositum dicitur in littera.

I. Dicendum ad primum, cum quaeris: utrum quando sit permanens, dico quod sic, et ratio tacta est, scilicet dispositio derelicta in subiecto permanens, <ut cum dicitur>: me fore cras, me fuisse ante decem annos, permanens est me, quando sum. Ergo et cetera.

30 Ad rationes, cum dicis: tempus est successivum vel naturae successivae, ergo et quando, dico quod non sequitur. Effectus in

11 reciprocam] recipiendae(?). incompatientiam] ut compatientiam. corporalitatis] et caritatis. 27 ratio] ideo.

25 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 7 n. 26 (A. Heysse 27,11 sq.).

duratione non semper sequitur suam causam nec oportet. Et dicet aliquis, quare linea, superficies, corpus et cetera non sunt principia, cum mensurent etiam res, dicendum quod ipsa principalia sunt mensurantia res extrinsece, sed linea, corpus, superficies intrinsece.

II. Ad aliud quod quaeritur: utrum ubi sit principium, dico quod sic. Nam est principium in cognoscendo ut esse hic, esse ibi, ultra parvum pontem vel citra magnum pontem et cetera.

Ad rationes, cum dicis: principiatum et cetera, dico, quamvis sit principiatum a loco, tamen est principium in cognoscendo.

Ad aliud, cum dicis: qualitas non est distincta, maior falsa est. Ad probationem dico, quod in argumento est fallacia accidentis, cum dicis: quiescere est quale, et est simile ac si diceret: ubi est adverbium et ubi est generalissimum. Ergo generalissimum est adverbium.

III. Ad aliud quod quaeritur, utrum anima sit in eodem loco cum corpore, dico quod sic, non dico per se, sed per accidens. Et probatio huius est: illud est in loco per se, quod facit latera sua distare. Anima autem non est huiusmodi. Ergo et cetera.

Ad rationes, quod non est in loco, verum est quod nullo modo est in loco; et tu poteris facere multas combinationes ex isto: quod non est in loco per se, nec potest esse cum alio in loco; vel quod non est in loco per se, nec potest esse cum alio per accidens; et hoc falsum est. <Etiam hoc falsum est>, scilicet quod non potest esse in loco per accidens, non potest <esse> cum alio, <nec> per se et cetera.

Ad aliud quod arguis: plus convenit corpus cum corpore, ad maiorem per interemptionem: non plus convenit quantum ad ubi.

IV. Ad aliud quod quaeris, utrum duae animae et cetera, dico, quod non, quia neutra per se est in loco. Anima de se non est in loco, quia non facit latera sua distare, || et tu dicis: duo

4 res] re. 7 cognoscendo] cognessendo. 9 principiatum] principatum. 10 cognoscendo] cognossendo. 24 scilicet] secundum. 29 neutra] neutrum.

corpora non possunt esse propter incompatientiam, et duae animae nullam habent incompatientiam, ergo et cetera, dico: aliqua duo non posse esse in loco, haec est duplex: <uno modo>, quod utrumque illorum habeat naturam discompatientiae corporalitatis in hoc et in illo; alio modo, quod neutrum illorum duorum per se potest esse in loco, quia non habeat partes, per quas faciat latera sua distare. Neutro illorum duorum modorum poterunt duae animae esse in loco. Tamen bene possunt per accidens.

Per hoc patet solutio rationum.

10 V. Ad aliud quod quaeritur: utrum positio sit principium, dico quod sic, sicut de aliis supra dicebatur, scilicet omne, quod ponit dispositionem in subiecto sub ratione universalissima respectu omnium sui generis et distinctam, hoc est principium. Positio est huiusmodi. Ergo et cetera. Verbi gratia ut accubitus,
15 sessio et cetera, talia nominant mihi dispositionem et etiam sub ratione universalissima ut accubitus est positio et sessio est positio et non convertetur. Unde notandum ad solutionem rationis, quod positio multis modis dicitur. Nominat enim mihi ordinationem partium in toto, sic est relatio secundum quosdam et secundum
20 alios qualitas. De illa autem diversitate ad praesens me non intromitto. Alio modo nominat mihi propositionem per se notam et indemonstrabilem, et hoc modo in libro Posteriorum accipitur et secundum hoc dicimus esse positionem, de quocumque <fit> affirmatio vel negatio et non simul. Alio modo nominat mihi proposi-
25 tionem acceptam ab aliquo viro probabili habentem tamen controversiam vel oppositionem. Hoc modo accipitur in dialecticis.

Ex his ad rationes, cum dicis: relatio non est principium, verum est. In minore cum dicis: positio est relatio, tu vadis in aequivoco, similiter ad illud quod arguitur secundo.

30 VI. Ad illud quod quaeritur postea, utrum habitus sit principium, dico quod sic. Sed notandum, quod habitus multis modis dicitur. Uno modo idem est quod res habita, et sic scientia dicitur

6 partes] partem. 16 universalissima] universaliorissima. 25 aliquo] alio.
habentem] habens. 28 dicis] relatio *add. et del.*

habitus. Alio modo idem quod actus habendi et hoc modo vir dicitur habere uxorem. Alio modo idem est quod relatio rei habitae ad habentem. Alio modo idem est quod dispositio derelicta in habente. Ex his ad propositum dico, quod habitus est principium ultimo modo; et primo modo est in prima specie qualitatis: secundo modo in alio praedicamento, tertio modo iterum in alio et sic diversificatur habitus; quod enim habitus sit principium, patet ex ratione praefata: omne, quod ponit dispositionem et cetera.

10 Ad rationes, cum dicis: postpraedicamentum et relatio non est principium, tu vadis in aequivoco.

VII. Posset etiam quaeri, utrum habitus inveniatur in omni re tam animata quam inanimata. Sed ego sine rationibus <dico>, quod solum in animatis. Et ratio huius est: habitus non inveni-
128 va tur nisi in illis || rebus, in quibus partes organisatae sunt ordinatae, et hoc non est nisi in animatis. Quare enim pes habet talem habitum et caput talem et manus et cetera organa tales habitus? Quia illa sunt ordinatae partes, caput sursum et pedes deorsum et alia membra secundum quod eis competit. Similiter idem inve-
20 nies <in aliis animatis>, nam arbor continet corticem sicut homo indumentum ut dicit quidam commentator. Ergo et cetera. Hoc enim non invenies in lapide et in aliis inanimatis. Ergo et cetera.

Quaestio 15

Quaeritur, utrum accidens in abstractione suscipiat magis et
25 minus.

Auctor dicit, quod non. Et videtur, quod sic.

1. Quae sunt unum per essentiam, si intentio et remissio cadit in uno, et in altero. Accidens in concreto et accidens in abstracto sunt huiusmodi. Ergo et cetera.

30 2. Praeterea: quaecumque admisceri possunt, illa intendi et

1 vir] vera. 12 etiam] enim. 16 pes] pars. 22 inanimatis] animatis.

26 auctor] actor. 30 admisceri] commisceri. intendi] corr. ex intendoi.

20-21 Averroes Met. V c. 28 (Venetiis 1483) fol. 58 ra.

26 Gilbertus Porretanus De sex principiis c. 8 n. 34 (A. Heysse 32,9-33,5).

remitti possunt. Nunc autem accidentia admisceri possunt et etiam substantiae primae; aliter numquam fieret compositum. Ergo et cetera. Et hoc est argumentum commune ad substantiam et accidens.

5 **O**ppositum dicit auctor in littera.

Ad illud est dicendum, cum quaeris, utrum accidentia in abstracto suscipiant magis et minus, dico quod non. Sed notandum, quod duo requiruntur ad hoc, ut aliquid intendatur et remittatur. Primum est participabilitas alicuius formae cum permixtione potentiae passivae ad ulteriorem gradum illius formae vel inferiorem. <Secundum . . .> Quare est hoc? Quare album suscipit magis ut albior? Quia ulteriorem gradum habet. Et quare minus album remittatur? Quia inferiorem et cetera. Ex hoc sequuntur duo: <primum est> quod nihil intenditur nec remittitur nisi quod gra-
10 dus habet, et huiusmodi sunt formae. Secundum quod forma sit applicata ad potentiam passivam subiecti tantum. Accidens autem in abstracto, quamvis habeat eosdem gradus quos accidens in concreto, non tamen <habet> potentiam passivam subiecti.

Substantia suscipitne magis et minus? Dico, quod non. Deest
20 enim ei condicio prima: non habet gradus. Ideo nec substantia simplex nec composita nec accidens in abstracto suscipiunt magis et minus et e converso.

Ad rationes in oppositum dicendum, quod accidens in abstractione non suscipit magis nec minus, et tu dicis, quod sunt
25 unum per essentiam et cetera. Ad hanc per interemptionem: verum esse<t>, si sola essentia formae esse<t> nata suscipiendi
128 vb magis et minus, ideo dico, quod non oportet, quia || essentia formae ad hoc non sufficit.

Ad aliud, cum dicis: quaecumque possunt admisceri et cetera,
30 dico quod verum, si illud est manens. Tu dicis: substantiae primae admiscuntur, dico quod non secundum formas substantiales, sed solum secundum suas virtutes, et non habeas pro nutabili, quod manent virtus, et non formae substantiales, quia videmus in

2 etiam] a *add. et del.* 5 auctor] actor. 7 suscipiant] suscipiat. 11 Quare¹] quia. 13 sequuntur] secuntur. 24 suscipit] sussipit. 26 nata] in causa.

